

rates ut & amentia quæ pleriq; ex furore, pertinaciter inducitur. & desipientia & delirium, quæ pleriq; ex vehementi amore tristitia, aut vehementi ambitionis cupiditate contingere solent, nostra etiam tempestate vissi sunt qui aliquo eventu ex perturbatione se pontifices, locorum dominos, & principum filios esse obstinatus desipient. & ille desipientia, passibiles sunt qualitates. Sed si quis forte cōtentiosus tinnitus, & de nocte fulgurations defendat esse sonos & lumina, quare & qualitates, nam tinnitus propriæ & per se ab auditu perceptibiles sunt, & simili pacto fulgurations in nocte a visu meminerit, has distinctiones, rationes qualitatibus non explicare, & eorum rebus ipsas conuenire seu sint qualitates, seu sint passiones, perinde ac cum diffinirent calorem, qui tactu proprie & per se perceptibilis, eorum quæ eiusdem nature sunt, sit congregatiuus, natura vero dissidentibus dilloctiuus disgregariusque. hec profecto diffinitio non tantum ei calor qui passibilis est qualitas conuenit, sed & ei qui feruer qui-
dam est, & passio, & vt a calore illo qui feruer est, non dicitur aliquid calidum, sed feruens ac
calescens, ita a tinnitu & nocturna fulguratione non dicitur aliquid aut sonorum, aut lumino-
sum, sed potius tinnitus, fulgescens, & illucescens. Sed quo modo igitur hic finitimus color, quo
modo calor & huiusmodi? Profecto quemadmodum qualitas, nam ea dicta est, secundum quā
quippia quale dicitur, ita color est, secundum quem quippia dicitur colorarum. Et calor se-
cundum quem, quippia calidum. Et albedo similiter qualitas, secundum quā aliquid dicitur
albūm. Sed quid tunc vnuus qualitas & albedinis gradus refert, iungitq; permaneat, nūquid
qualitas, nunquid albedo dicitur? dicitur, sed remissa, & passibilis qualitas, sed remissa, & ab
ea aliquid remissa album. quemadmodum enim & qualitas est, dicitur. & qualitates illæ si re-
missa sunt, perperq; ramen & manentes, quia suis contrarijs ammixtæ sunt, non solaris denomi-
nare solent, sed cum suis contrarijs: ut quippia videlicet non calidum aut frigidum, non albū
aut nigrit dicatur, sed cepidū aut fusci, aut homīi, atq; si oia adiuvare voluerimus, portius rēdū
qua eruditio paratur, de hac igitur specie, tāilla & diuina sufficiat. ¶ Quarta species circulo loquit,
figura, forma rectitudine & curvitate, figura et formæ, extimæ & circumstātes recti termini sūr,
et figura ferme artificiales a fingendo, formæ vero magis rebus a natura constatibus accom-
modatae. Sed hec cōfunduntur frequenter, vt et figuræ de rebus tum natura, tum arte consta-
tibus dicatur non minus etiā et formæ. Figura de rebus natura constatibus, vt
Ante longior.

Qua nimis placuit ellus (ait) hisce, et istam

Quæ facit vt lēdar, mutando perde figuram
Potuare nile grues, primosq; volatu

Figura de artificiālibus.

Effingunt varias (casu monstrante) figurās.

Forma de naturalibus.

Contigit vt quedam sic nō manifesta videri

Forma potest homini, sed vti de marmore facta.

Sculpti ebur formamq; dedit qua scēmina naci

Nulla potest, operisq; sui concepit amorem.

Figura etiam dicitur de magnitudinibus, quæ termino, vel terminis conclusæ sunt. Termino,

vt circulus & sphera, termini, vt triangulus, quadratum, quinquagulus, cubus, pyramis &

similia. Forma autem & de ejus numeris dici reperitur, qui suis vniuersitatibus dispositi, figuræ ferme

magnitudinum imitantur ac representant, vt haꝝ sunt formæ numerorum trigonius, ter-
agonus, pentagonus, altera parte longior, antelongior, tessera, pyramis, colunaris, ferratis, q
omnia ex Nicomacho & Iordanio cognosci possunt, forma etiam de natura magnitudinib;
bus (vt & dictum est) dicitur, vt forma hominis, forma equi, forma leonis secundum quam &
vnūquid aut formolum, aut deformæ dicitur immo & linea & superficie & trigono-
num & circulum & huiusmodi pulchra, formæ quoque dici volunt, quæ decentius deformata,
delineataque conficiuntur. Et rectitudine & curvitas, non solum figuræ & formis, sed & earū
nomenclaturæ, terminisq; & minimis partibus conuenient, quæ neq; figuræ neq; formæ, ap-
pellandæ sunt. Linea enim quædam recta est, & pars quantulancq; recte, recta est, & quædam
curva, & curva linea particulae cuiilibet conuenient curvitas. hinc quarta species non solum figu-
ra & forma exprimenda est, sed figura, forma, rectitudine, curvitas aliquoq; huiusmodi, vt
& exprimit Aristoteles. Prima igitur species exprimatur, habitus aut dispositio. Secunda na-
turalis potentia aut impotentia, habitus inabilitasve, aptitudo & ineptitudo. Tertia, passi-
bilis qualitas. Quarta, figura, forma, rectitudo, vel curvitas.

¶ Leu consonante, u, scribitur, & significat levigatum, complanatumq; & positum, cuius par-

tes non subfultant, sed ex aqua sūtū habent in rectum.

¶ Qualitates, primigenia, principia, & qualitatibus. ¶ Palæstra, ludus, quo membra membris

inserta, luctationib; exerceant, de quo poeta.

Pars in gramineis exercent membrap; stris.

Et palæstræ, disciplina est, qua ad huiusmodi ludorum exercitamenta prompti redduntur.

¶ Dug primæ communites, nullo modo propriæ sunt qualitatibus, aut qualibus. Nā neq; oī-

bis conuenient, quod monstrat Aristoteles, neq; solis, nam cōvenient actionibus & passioni-

bus, quod Aristoteles omisit, quia id sit ex sequentibus monstrandum. Tertia propria est quarto

Nicomachus
Iordanus

Virgilus

modo. ¶ Triangulum, circulus & huiusmodi, nunc vt qualitates, & principalia capiuntur; vt
in declaratione quartæ speciei, nunc vero vt qualia & denominaria; vt in īs quæ ad secundā
communitatem adiecta sunt. ¶ Quod dicitur species non esse ad aliquid; & genera esse ad ali
quid, intellige homonyme dicta, & non in eadem significative; ac si quipiam diceret, species
homo, equus, leo, non sunt quantitates, attamen aliquod carum genus quantitas est, vt cor-
pus, sed non ea in significative; qua genus illarum specierum est. Et quod dicitur nihil prohibi-
bere vnum & idem qualitatem esse & ad aliquid: homonyme etiā id dicit intelligit, ac si di-
ceremus nihil vetare vnum & idem substantiam esse & quantitatem. Nam corpus & in sub-
stantia & quantitate collocatur; id tamen varijs rationibus effici cognoscitur. Itaque discipli-
na accipi potest, vt secundum eam quipiam disciplinatum, scientiæ dicuntur; & gen⁹ quod-
dam est qualitas. Et accipi potest vt dicitur ad disciplinatum: in cuius antimum cognitionis
aliquis certitudo a p̄ceptore transflua est, & in quo significatu in ad aliquid colloca non
viderur incommode. Adeo id longe commodius fieri, quam de corpore: ip̄ ea res quæ est di-
sciplina communis, indifferens que sunt qualitatib; & ad aliquid, sed nulla res quæ est corpus:
communis est & indifferens substantia & quantitatis. Et adeo res huius prædicamenti indifferentes
sunt vt frequenter sine discriminē res eadem, diuarum specierum nominibus vñiat nominanda,
vt partis animalium que bruta est qualitatib; qui formes quidam sunt, vix debiles irarum,
odiorum, inuidiarum & similium; promiscue habitus & passibilis qualitates appellatur, sunt
q; sua nomina nunc primæ speciei qualitatum, nunc tertie. Vt enim qualitates non insitas dif-
ficile mobiles ad tales operationes, eas consideramus: habitus nuncupamus, at vt easē qua-
litates vt a perturbationib; natas, cōsumatasq; & alte iam bruto appetitui hērentes con-
sideramus, easdem passibilis qualitates appellamus. Et ex his pauculis: multa id genus alia hūc
in modum, haud difficulter agnoscit poterunt.

P A R A P H R A S I S C A P. O C T A V I .

53 Cœtum cap. Descriptio qualitatis, species quatuor, primæ speciei differētis duæ.
dubium vnum, diffinitio qualium, qualium modi duo, communites tres, regula
la vna, dubia duo, vnum ad secundam communitem, & vnum ad tertiam.

54 Descriptio. Qualitas est secundum quam quipiam quales esse dicuntur. ¶ Qua-
tuor qualitatibus modi ac species. Qualitas ex īs est: quæ multis modos, multaque
species habere dicuntur, cuius prima species habitus aut dispositio. ¶ Duæ differētiae. Prima.
Differunt primo habitus dispositio: ip̄ ea habitus qualitas sit permanentior, atq; diuiniorni cu-
jusmodi sunt scientia & virtutes. Scientia enim si eam quæ vel medicorūr sumat permanent
diuiniorni, diuiniorni esse videtur, neq; a subiecto dimobilis: nisi admodum grandis per-
mutatio, aut a britudine, aut ab aliquo huiusmodi facta sit virtutes similitudine & temperan-
tia, & iustitia, & similes resides sunt, arque iuges, & haud quāquam facile dimobiles a subiecto.
At vero dispositiones fluxæ sunt, cito mobiles, citoq; permutables, hūc in modum ac si cal-
escimus, algescimus, senescimus, ægrimonia tentamur, calor, frigiditas, sanitas, & ægritudo
facili dimouentur, permuntantur a subiecto. Si enim homo quipiam illis aut huiusmodi si-
milibus aliquo pacto afficitur, cito permutatur, & ex calido facile evadit frigidus, & ex sanita-
te labitur in ægritudinem & in ceteris huiusmodi affectibus cōsimili modis nisi forte aliqua
mora diuiniornitate, famv era sit in natura, & immobilia aut admodum difficulter mo-
bilia iam facta, & quam merito quis iam habitu appellare possit. Et hoc differentia discernit
habitūs, dispositionesque retinere, vt habitus appellare debeamus qui sunt diuiniorniores &
ægris difficiliusque mobiles: dispositiones vero quæ euaniunt & cito mobiles) manifesto de
prehendit in dicio, nam in disciplinis eos qui non multum quæ percepitret retinere solent,
sed amittunt, sinuntq; effluere facile, non dicunt habitus habere, cito ad scientiam aliquo pacto
deterior, meliusve afficiuntur, disponanturque, quare aliud male habitus a dispositione hoc
ipso differre positus est, & haec facile dimobilis: ille vero diuiniorni & ægre, difficileterque di-
mobilis sit. ¶ Secunda differentia. Differunt, habitus & dispositio, nam habitus dispositiones
sunt, at dispositiones vt habitus sint non oportet. Nam qui habitus habent secundum eos ali
quo pacto disponunt, qui autem dispositiones habent non oīno vt habitus habeant oportet.
¶ Secunda species. Secundū genus, secundaq; qualitatibus species est naturalis potētialel im-
potentia, vt pugillatores, cursores, salubres, valitudinarij & id genus omnia, secundum natu-
ralel potentiam vel impotentiam dicuntur, non enim quia aliquo pacto dispositi sunt, huius
modi dicuntur sed quia naturalē potentiam vel impotentiam habeant, vt quipiam facile
faciant, aut vt nihil patientur, vt pugillatores vel cursores eo dicuntur: quod naturalē po-
tentiam hoc facile faciēndi, currendi scilicet, pugnandive habeant, non autem quia aliquo
pacto dispositi sunt. Itidem salubres dicuntur, quod naturalē potentiam habeant, vt nihil ab
accidentibus quæ emergeri possunt: facile patientur: valitudinarij vero, quod habeant natu-
ralēl impotentiam: vt nihil facile patientur. Et hunc in modū durum & molle dicitur, du-
rum quidem q; naturalēl potentiam habeat: vt nō facile fecerit, molle vero quod eiusdem re-
tinet impotentiam. ¶ Tertia species. Terrum genus, tertiaq; qualitatibus species, passio & pas-
sibilis qualitas, vt dulcedo, amaritudo, acerbitas, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo & id ge-
nus. Verum has qualitates esse protinus perspicuum est, nam quæ illas suscipiunt, secundū eas

Homonyme spe-
cies & genus di-
versorum præ-
dicamentorum di-
ci.

qualia esse dicuntur. ut mel quia dulcedinem suscipit; dulce dicitur. & corpus quia suscipit al bedinem: dicitur album. similiter & in reliquis: ita res se habeat videatur. Et ex eadem qualitates, passibilis dicuntur: qd secundum sensus passionem ingerunt. ut dulcedo passionem quam dam ingerit secundum gustum. & calor secundum tactum. & alia simil modo. Et non passibilis eo dicuntur qd passionibus quibusdam, affectibus sua subiecta afficiantur. mel enim non cicero dulce dicitur: qd ipsum aliiquid pallium sit. neque calor & frigiditas, qualitates ideo passibilis dicuntur: quia ea qd suscipiunt aliiquid quoque palla sint, sed vt dictum est qd secundum sensus passiones suscitant ac ingerunt. Versus albedo, nigredo & alii colores, nō vt praedictae, passibilis dicuntur qualitates: sed quia plerunque a passionibus innascantur. Et qd a passionibus colorum varietates innasci possint que etiam passibili sunt: hoc cognoscitur indicio. Nam verecundatus est quispiam, rubeus effectus est, timuit quispiam & factus est pallidus, & vnumquodque similitum, quare si quipiam harum passionum aliquam libi vindicari a natura radmodum par, consentaneumque videatur, vt sibi cognatum & affinem passioni afixeas colorem. Finitigitur colorum varietates, & quidem passibilis qualitates a passionibus. immo etiam quecumque huiusmodi qualitatibus ab aliquibus vehementer, pertinaciter que haerentibus, difficilem dimobilibus passionibus principiū desumperint: passibilis qualitates dicuntur. Pallor enim & nigritas sive naturalem substantiam compositionemque & complexionem sequuntur, sive ex graditudinem longam, vel extum, vel quicquid talium contingere potest: similiiter qualitates dicuntur. Nam similiter secundum eas quales dicimur: & haud facile prætereunt, sed diuturna, in virtute permanentes. Vt erit non quaeunque a passionibus causantur: qualitates dicuntur. Nam illa que cito solvuntur, & repente intereunt, minime qualitates dicuntur, nam secundum eas nihil quale dicitur: sed & appellantur passiones, vt si quispiam propter verecundiam rubeat, minime rubeus dicitur, neque qui ob merum impalpe: dicatur pallidus, sed potius aliquid pallius, quare huiusmodi affectiones merito passiones dicuntur, qualitates vero minime. Similiter & in affectibus anima: qualitates passibilis reperiuntur, & passiones. Nam quae a passionibus (que a nativitate tenaciter haerent, & difficile dimobiles sunt) aggignuntur, vt dementia, exaltatio & ira & huiusmodi: qualitates dicuntur. nam secundum eas quales dicimur: vt demenes & iracundi. Et similiter mentis excellitus, alienationesque quecumque non natura, sed eueniu aliquo evenient non facile prætereuntur, aut & immobiles omnino: passibilis qualitates sunt. Nam cum huiusmodi a passionibus inducantur: secundum eas quales dicimur: sed quecumque ab huiusmodi passionibus sunt, que non multo post orta deperirent: passiones appellantur: vt si quis dolet, & subficiuntur sit solito: non idcirco dicatur iracundus, sed potius nonnihil pallius. Quare fit vt haec minime dicantur qualitates. ¶ Quarta species qualitatis. Quarum genus, quartaque qualitatis specie est figura & circa vnumquodque inexistens forma, & rectitudine, & curvitas. & si quid aliud his simile reperiatur, nam secundum vnumquodque taliun: aliquid quale esse dicitur, vt secundum triangulum, quadratum, rectum, & curvum: aliquid quale esse dicitur, itidem & secundum formam qualis. ¶ Dubium. An rarum, densum, asperum, & leue: hac in specie continetur: nam videatur aliquam qualitatem significare. & ad quanam aliam speciem pertinenter: Dilutio. Rarum, de spuma, asperum, & leue sub nulla specierum, qualitatibus in quas ipsa deducta est, continentur sed dicta diuisio sunt aliena. Nam hinc inde utrumque par: partium potius situm, positionem qui significare videatur. vt spissum cuius partes & vicino altiusse sunt, rarum cuius partes disperguntur & ab inueniunt distant. Leue quemadmodum cuius partes complanatae sunt, in rectum iacentes, asperum vero cuius partium aliqua supereminent & aliae demissae, inferioresque sunt, ac sublident. Et forsitan aliis a quatuor affiguntur: qualitatis modus aliqui appareat possit. verum ferme dicuntur: tot sunt. Et quae determinante sunt: qualitates appellantur. ¶ Diffinitio qualium. Sed qualia sunt quae ab illis denominatiue aut aliquo modo dicuntur. ¶ Modus qualium. In plerisque enim & fere in omnibus qualia: denominatius dicuntur a qualitatibus. vt albedine albus, a grammatica grammaticus, a iustitia iustus, & hoc pacto in similibus. ¶ Sed bifariam contingit qualia a liquo alto modo hoc est non denominatius a qualitatibus dici. Primo qui qualitatibus indita non sunt nomina: quedam a qualitatibus denominati dici non contingit. vt cursor & pugillator: vt habilitatem natuam important, quia non denominatius dicuntur a qualitatibus: qd illis naturalibus potentiss, habilitatibusque indita nomina non sint. sed peritus a quibus pugiles, palestricique dicuntur, quando secundū dispositio omnis, habitumve dicuntur: nomina indira sunt, nam pugillatora palestricaque nominantur: & ab his cursor & pugil qualia denominatius dicuntur. Secundo vero modo cotigit qualia dici a qualitatibus non denominatius: cum qualitatibus ipsis, nomina posita sunt, sed illa qualia ex qualitatibus nominibus non deducuntur. vt studiosus, quale est a virtute: qd cum significeat qui virtutem sit confequebitur, sed non denominatius, nam studiosi nomine a virtutis noīe non deducuntur. Veruntamen id in multis ita euenire nō solet. Notum igitur est quo pacto qualia a predictis qualitatibus denominatius dicuntur: quo modo, aliquo modo qd denominatius. ¶ Tres communates qualitatis. Prima. Cōuenit qualitatibus ipsi aliiquid cōtrarium sit, vt iustitia cōtraria est & albedo cōtraria nigredini & pleraque alia huiusmodi. Et non solum qualita-

ribus sed & qualibus qua ab ipsis dicuntur: conuenit habere contrarium. nam in iustum contra-
rium est iusto: & album contrarium nigro. At id qualitatē propriū nō est, nam nō conuenit
omni. rubro enim & pallido, & medijs coloribus nihil est contrarium: quae nihilominus sunt
qualitates. **¶** Regula. Si vnum contrariū fuerit qualitas: & reliquum erit qualitas. & si vnum
fuerit quale: & alterum quoq; erit quale. Q uod ex singulorum consideratione prædicantem-
torum, agnoscit potest. Nam si iustitia qualitas est: & in iustitia que illi contraria est etiā qualis-
tas est. Non enim in iustitia substantia est aut quantitas, aut ad aliquid, actio, passio, quando,
aut ubi, aut aliquid aliorum prædicamentorum. & ita in contrariis que qualia sunt: licet intue-
64 ri. **¶** Secunda communitas. Qualia magis, minusve sūcipient, nam album, alterum altero ma-
gis & minus album dicuntur: & iustum, alterum altero magis & minus iustum. sūcipient & haec
secundum seipsa intensiōnem, nam sit vna lumen se prius & posterius fiat, quadratq; magis al-
65 bum. Et id quālē propriū non est. Nam non conuenit omni, esti quāmplurimi conuenient.
¶ Dubium. Addubitate quis poterit an qualitates magis, minusve dicantur: vt in iustitia al-
tera iustitia magis, minusve dicatur iustitia, & ita de alijs affectibus, dispositionibusq; & pla-
ne quibusdam addubitandum non videtur. nō enim (inquietus) iustitia magis, minusve iusti-
tia, & sanitas magis, minusve sanitatis, nimis dicitur, sed dicitur (inquietus) alterum altero ma-
gis, minusve habere & iustitiam & sanitatem, & grammaticen & alios affectus quoq;. **¶** Dilu-
tio. Qualia que ab huiusmodi qualitatibus dicuntur: proculdubio magis, minusve sūcipient:
vt iustus, sanus grammaticus: magis, minusve dicitur sūcipere: in alijs & altero & iustior &
sanior & grammaticor, & hunc in modum in alijs. Verum vt dictum est non omnibus con-
uenit qualibus, nam triangulum & quadratum & omnino que ab alijs figuris dicuntur: neq;
magis, neq; minus sūcipient. Nam omnia que trianguli rationem sūcipient & circuli: & que
omnia triangula sunt & circuli, quare neq; triangulum triangulo magis aut minus, neque cir-
culus circulo. Et que circuli rationem non sūcipient: non erit alterum altero magis circulus.
Non enim quadratum magis quam altera parte longior, circulus est: quorum neutrum neque
quadratum, neque altera parte longior rationem circuli sūcipit. Et similiter in alijs si positi
rationem non sūcipient: minime alterum altero magis minusve illud esse dicitur. Manifestū est
66 igitur nō omnia qualia, magis minusve sūcipere: & nihil prædictorum qualitatē aut quali esse
proprium. **¶** Tertia. Proprium est qualitatē secundum eam simili ac dissimili dicitur. nam secundum
leendum solas qualitates similia, dissimiliae dicuntur. Neque enim simile alterū alteri secundum
67 aliquid aliud est: quam secundum qualitatē merito igitur id qualitatē propriū est. **¶** Dubium.
Mirari forsitan quisipsum potest: cur inter qualitatū alligationes pleraque eorum annumerantur
qua prīus esse ad aliquid possita fuit. vt habitus & dispositiones: que prius dicta sunt esse
ad aliquid. **¶** Dilutio. Id aliquem mouere minime decet. Primo quia fere in omnibus que sunt
huiusmodi genera sunt ad aliquid, singulis autem iugis species, nā cum disciplina genē sit ad ali-
quid dicta, nā disciplina aliquicū est disciplina, sed sūc species: vt grammatica ut musica, non di-
cunt ad aliquid, nā grāmatica non dicit aliquicū grāmatica, nec musica aliquicū musica, nā for-
te secundum generis vocabulū ad aliquid dicantur, vt grammatica dicit aliquicū disciplinā autem
aliquicū grāmatica, & musica aliquicū disciplina: nā aliquicū musica. Quare ipsē spe-
cies ad aliquid nō sunt sed qualitates. Nam secundum eas quales dicimur, illas enim ceu habi-
tus possidimus. Scientes enim dicimur: singulas aliquas scientias adepti sumus. Quare ipsē
vpote secundum quas solum quales esse dicimur: qualitates erunt non etiam ad aliquid. Se-
cundo. Si contingit vnum & idem & qualitatē esse & ad aliquid, haudquaquam inconveniens
fuerit, ipsum in vtrīcī generibus collocare. At qui rem tandem, cūdemq; habitum aut
dispositionem, contingit & qualitatē & ad aliquid esse. Non igitur inconveniens est illa in
vtrīcī annumerasse. Et hec de qualitate.

C Deactione & passione.

Cap.IX

69 Ecipit autem agere & pati & contrarietatem & magis & minus. Calefacere enim ei quod est frigefacere contrarium est, & calefieri ei quod est frigefieri, & delectari ei quod est con- tristari, quare suscipiunt contrarietatem. Et magis & minus, est enim calefacere & magis & minus: & calefieri magis & minus. & tristari magis & minus. suscipiunt igitur magis & minus agere & pati. & de his igitur hec dicta sunt. ¶ Dictum
70 est autem & de eo quod est situ esse in ijs quæ sunt ad aliquid: q̄ denominatiæ a positionibus dicitur. De reliquis vero, id est quando & vbi, & habere propterea q̄ manifesta sunt, nihil de his aliud dicitur q̄ quæ in principio dicta sunt: q̄ habere quidem significat calcetatum esse, armatum esse, vbi vero ut in Lycio in foro, & alia quæcunq; de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus quæ proposuimus sufficiunt dicta.

¶ Noni Cap. notæ.

Duae cōmunitates habere contrarium & suscipere magis & minus nullo modo ppr̄e sunt. 69 non enim conueniunt omnibus actionibus paſſionibusq; & suis denominatiis. Nam rubefac-
tio, & rubefacere nihil est contrarium: vt neq; rubeo, & medijs coloribus. neq; foliis conve-
niunt. nam illa partim qualitatibus & partim qualibus conuenire monstrat sunt. Et addubi-
rant de calefacere & frigefacere. nam aqua tepida frigidiuscula calefacit. & eadem calidiuscula
frigefacit. quo modo igitur contraria illa? Prompta responsio adhiberi potest. nam calefa-
cit elangue atq; remisse, & frigefacit remisse. modo calefacere remisse ac exiliter frigefacere,
contraria non sunt. vt neq; remisse album & remisse nigrum. se enim simili in eodem admittunt. Item & id refutari potest tepidam aquam: frigidiuscula calefacere. similiter & quapiam
calefacere. nam vt neq; apte colligitur: remisse album. igitur et al. album. neq; quoq; apta col-
lectio. illatioq; est. calefacit remisse. igitur calefacit. sed in captionem incidimus quæ a secun-
dum quid appellatur. Verum sc̄icet abere forsitan non calefacit. frigidiuscula: quidnam igi-
tur facit illa aqua? Possum dicere: tepefact. album enim remissum quia suo contrario confu-
sum atq; permixxum. quid nam aliud facit quam aquilum aut fuscum? & certe dum frigida
aqua vt feruerat. igni ad mouetur prius repeletur. quā calefieri dicenda est. ¶ Non inconfu-
te. sed sc̄ite admodum & considerate videtur Aristoteles de substantia. quantitate. ad aliquid,
qualitate. actione. & passione. adiecta administricularia de motu determinatione protractis ser-
monem. contraxisse autem de quando. vbi. situ. & habitu. Nam sex primorum vocabula per
vnuerfam philosophiam sparsa conficiuntur. de quando vero. vbi. situ. & habitu perq; rara
visuntur. verum humanis actionibus. affectionibusq; & opificijs. illorum vocabula accommo-
datiora sunt: q; contemplationibus. & ea præterim Aristoteles accuratis professa cō-
sunt: quæ philosophia haud leue momentum clement allatura. quæ qui attentius considerare vo-
lent. scientias grammatica. logica. rhetorica. naturali. morali. mathematica. arithmetica. geo-
metrica. musica. astronomica. & similibus facile deprehendit. sed omnium vocabula in mediu-
m afferre ad id ostendendum: magis operofum quam utile fuerit.

PARAPHRASIS CAPNONI.

Onum cap. de sex vīis misericordiis. agere & pati cōmunitates due. & de qua-
tuor alijs breuis absoluſio. ¶ Due cōmunitates. Prima. Suscipit agere & pati con-
trarietatem. Secunda. Suscipit item agere & pati magis atq; minus. Contrarie-
tatem autē suscipiunt calefacere & frigefacere. similiter calefieri & frigefieri. dele-
stari. & tristari. Magis vero & minus. nam calefacere magis & minus dicit: & cale-
fieri magis & minus. pati & tristari magis atq; minus. Quare perplicū est agere & pati:
magis minusq; suscipere. & de agere & pati hec dicta sufficient. ¶ Breuis de quatuor alijs absolu-
tio. expeditioq;. In ad aliquid dictum est siūlum esse denominatiū dici a quibusdam positioni-
bus. scilicet recubare. stare. iacere. a positionibus denominatiū est. Et in principio vbi p̄di-
camenta annumerabātur: id quādo. vbi. & habitu dictum est. vt quādo est vbi heri. Vbi tū in
Lycio. in foro. Habere. vt calceatum esse. armatum esse. & huiusmodi talia. quæ de illis dicta
sunt. quæ quia manifesta sunt: non alia quæ quia prius de illis dicta sunt hic adiicientur. De de-
cem igitur generibus hęc determinata sufficiant.

¶ De oppositis.

Cap. X.

YE oppositis quotiens solent opponi dicendum est. dicitur enim alterum alteri opponi quadrupliciter. aut vt ad aliquid. aut vt contra. aut vt priuatio & habitus. aut vt affirmatio & negatio. Opponitur autem vnumquodq; ipsorum vt sit si-
guratum dicere. tanquam ad aliquid quidem: vt duplum di-
mido. tanquam contraria: vt malum bono. tanquam au-
tem secundum priuationem & habitum: vt cœcitas & visio.
tanquam vero affirmatio & negatio: vt sedet non sedet. ¶ Quæcunque 71 igitur
vt ad aliquid opponuntur: ea ipsa quæ sunt oppositorum dicuntur. aut quo-
modolibet alter ad ipsa. vt duplum dimidiij. hoc ipsum quod est: alterius
dicitur. alicuius enim duplum dicitur. & disciplina: disciplinato tanquam ei
quod est aliquid opponitur. & dicitur disciplina ipsum quod est disciplinatio:
& disciplinatum dicitur ipsum quod est ad oppositum. ad disciplinam. discipli-
natum enim aliquo dicitur. scilicet disciplina disciplinatum. quæcumq; ergo op-
posita sunt tanquam ad aliquid: ea ipsa quæ sunt oppositorum: vel alio quolibet
modo ad inuicem dicuntur. ¶ Illa vero quæ opponuntur vt contraria. ea ipsa qui-
dem quæ sunt nullo modo ad se inuicem dicuntur. contraria vero sibi inuicem di-
cuntur. neq; enim bonū mali dicitur bonum: sed cōtrarium. nec album nigri album:

Diffini-
tio.

1

Cōclusio-

1

- 84 sed contrariū. quare differunt ab inuicem hæ oppositiones. ¶ Quæcūq; vero
contrariorū talia sunt. vt in quibus nata sunt fieri & de quibus prædicantur: ne-
cessarium sit alterum ipsorum inesse. horum nihil est mediū. ¶ Quorum vero
nō est necessarium alterum inesse. horū omnino est aliquid mediū. vt ægritudo
& sanitas in corpore animali nata sunt fieri. & necessarium est alterum ipsorum
inesse aīlis corpori. vel ægritudinē. vel sanitatē. & par quidē & īpar dē nume-
ro prædicantur: & necesse est horum alterū numero iesse vel par vel īpar. & nō
est horum aliquid mediū. neq; ægritudinē & sanitatis. neq; īparis atq; paris.
Quorum autē nō est necessarium alterū inesse: eorum est aliquid medium. vt
nigrum & album ī corpore nata sunt fieri. & nō est necessarium alterum eorum
inesse corpori. nō enim omne corpus vel albū vel nigrum est. sed & prauū & stu-
diolum prædicantur quidē de hominē & de alijs cōpluribus. nō est autē necessariū
alterum eorum inesse: ijs de quibus prædicantur. non enim oīa aut praua aut stu-
diosa sunt: sed est aliquid eorum medium. vt albū & nigrū fuscum & pallidum. &
quicūq; alij colores: prauū vero & studiolum. quod neq; prauū neq; studiolum est. in
aliquibus igitur medijs posita sunt nomina. vt albū & nigrū fuscum & pallidū. &
quicūq; alij huiusmodi colores. in aliquibus vero nō est nomine facile medium
assignare. vtriusq; vero extremorū negatione medium definitur: vt quod neque
bonum neq; malū est. neque iustum neque iniustum. ¶ Priuatio vero & habitus
dicuntur quidē circa idē aliquid. vt visio & cœcitas circa oculum. Vnuerſalites
autē dicere est in quo natus est habitus fieri: circa hoc dicitur vtrūq; eorum fie-
ri. priuari vero tunc dicimus vtrūq; que habitus susceptibilium: quando is in
quo natus est inesse. vel quādo illud natum est habere. nullo modo inſit. eden-
tulum enim dicimus nō quod nō habet dētes. & cœcum nō quod non habet visum
sed quod nō habet. quādo natum est habere. aliqua enim ex natuitate: neque den-
tes habent. neque visum. sed non dicuntur edēta. neque cœca. ¶ Priuari vero
& habere habitum nō est priuatio & habitus. Habitus enim visus est. priuatio ve-
ro cœcitas. habere autē visum: non est visus: nec cœcum esse. cœcitas. Priuatio
enim quædam est cœcitas: cœcum vero esse priuari: non priuatio est. Amplius
si idem esset cœcitas & cœcum esse. vtraque de eodem prædicaretur. sed sed cœ-
citas quidem dicitur homo. cœcitas vero homo nullo modo dicitur. Opponi qui-
dem etiam ista videntur priuari scilicet & habere habitum: quemadmodum pri-
uatio & habitus. idem enim modus est oppositionis. nam sicut cœcitas visui op-
ponitur. sic cœcum esse & visum habere opponuntur. ¶ Non est autem neque
hoc quod sub affirmatione & negatione est: affirmatio & negatio. affirmatio nā-
que oratio affirmativa est. & negatio oratio negativa. quod vero sub affirmatione
& negatione est: nulla est oratio. dicuntur autem etiam hæc esse opposita adinui-
cem. tanquam affirmatio & negatio. nam & in his. modus oppositionis idem est.
sicut enī affirmatio ad negationē opponitur (vt quod sedet. ei quod nō sedet) sic
85 & res quæ sub vtroque est opponitur. scilicet sedere aliquid ad non sedere. ¶ Quo-
niam autē priuatio & habitus non opponuntur vt ad aliquid manifestum est. non
enī dicitur id ipsum quod est oppositorum. visus enim nō est cœcitatris visus.
nec vlo alio modo id ipsum dicitur. similiter autem neq; cœcitas visionis cœ-
citas dicitur. sed priuatio quidem visionis dicitur. cœcitas vero visionis non di-
citur: neque visus cœcitatris. Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicun-
tur. quare si cœcitas eorum quæ ad aliquid sunt. effet: vtique & conuerteretur ad
illud ad quod dicitur. sed non conuertitur. non enī dicitur visus. cœcitatris vi-
sus. ¶ Quoniam autem neque vt cōtraria. opponuntur quæ secundum priuatio-
nem & habitum dicuntur: ex his manifestum est. contrariorū enim quorum
est medium. necesse est in quibus fieri nata sunt. aut de quibus prædicari. alte-
rum ipsorum inesse semper: eorum enim nihil medium erat. quorum alterum

Diffini-
tio.

2

Diffini-
tio.

3

Diffini-
tio.

4

Cōclusio-

2

Cōclusio-

3

Cōclusio-

4

Cōclusio-

5

inesse susceptibili necessarium erat, vt in lāguore & sanitate, & impari atq; pari, quorum vero aliquid medium est: nunquam necesse est omni susceptibili inesse alterum, neq; enim necesse est omne susceptibile vel candidum, vel nigrum esse: neq; frigidum vel calidum. horum enim medium, aliquid, nihil esse prohibet. insuper autem & eorum erat aliquid medium: quorum alterum inesse susceptibili non necessarium erat, præter illa quibus vnum inest naturaliter, vt igni calidum esse, & niui candidum. in his enim determinate necessarium alterum est inesse, & non alterutru contingit, non enim possibile est ignē, frigidū esse, neq; niuem nigrum. quare omni quidem susceptibili non necessarium est alterum ipsorum inesse, sed solis quibus natura vnu inest. & his determinate vnu non alterutrum contingit, in priuatione autem & habitu: neutrum eorum quæ dicta sunt verum est, non enim semper alterum eorum inesse susceptibili necessarium est, quod enim nondum natum est habere visum: neq; cœcum neq; visum habens dicitur. quare non erunt hæc: vt ea contraria quorum nihil est mediū, sed neq; vt ea quorum aliquid est medium, necessarium enim est aliquando omni susceptibili alterum eorum inesse: quando enim iam ad habendam visionem natum fuerit: tunc aut cœcum aut habens visum dicetur. Et eorum non determinate alterum: sed alterutrum contingit, non enim necessarium est vel cœcum vel visum habens esse: sed vtrumvis contingit. in contrarijs autem quorum aliquid medium est, nunq; necessarium erat omni susceptibili alterum inesse, sed quibusdam, & his determinate vnum: & ncn vtrumvis cōtingit. Vnde palam est quod secundum neutrum modorum tanquam contraria opponuntur: ea quæ secundum priuationem & habitum opponuntur. Amplius. In contrarijs quidem cum sit susceptibile: ad inuicem mutationem fieri possibile est: nisi alicui vnu natura inest, vt igni calidum: etenim sanum possibile est languere, & candidum nigrum fieri, & calidum frigi- dum: & ex studio prauum, & ex prauo studiis fieri possibile est. prauus enim ad meliores exercitationes deducit, & doctrinas (etsi ad modicum aliquid proficiat, vt melior sit) si certe semel quāuis modicum incrementum sumpserit, palam est quia aut perfecte mutabitur: aut satis multum incrementum sumet. Semper enim bene mobilior ad virtutem fit, etiam quodcūq; incrementum sumperita a principio, quare etiam verisimile est pleniū eum lumere incrementum. & hoc dum semper fit: perfecte in contrarium habitu restituetur, nisi forte tempore prohibeatur. Verū in priuatione & habitu impossibile est ad inuicem mutationem fieri, & ex habitu enī in priuationem mutatio fit, priuatione vero in habitu im- possibile est. neq; enim cœcus factus aliquis: rufus vidit. neq; cum caluus fuerit, rufus comatus factus est. neq; cū fuerit edetulus: dētes etiterū orti sunt. **Quæ-** **81** **cūq;** vero tanquam affirmatio & negatio opponuntur, palā est quia nullo predicatorum modo opponuntur. in solis enim his necessariū est semper, hoc quidē eorum verum: illud autē falsum esse. neq; enim in contrarijs: necessariū est semper alterū verū esse alterū autē falsum, neq; in ijs quæ ad aliquid sunt. neq; in habitu & priuatione, vt sanitas & lāguor cōtraria sunt. & neutrū neq; verū, neq; fallsum est. similiter autē & duplum & dīmidium tanquā ad aliquid opposita sunt, & nō est eoruū neutrum, neq; verū, neq; fallsum. sed neq; ea quæ secundum priuationē & habitum dicuntur: sicut visio & cæcitas. Omnino autem eorum quæ secundū nullam dicuntur cōplexionem, nihil neq; verū neq; fallsum est, omnino autem quæ dicta sunt sine complexione dicuntur. Veruntamen maxime tale hoc: cōtingere videbitur in ijs quæ secundum cōplexionem contraria dicuntur. sanum neq; esse Socratem: at languere Socratem contrarium est. Sed neque in his necessariū semper alterum verū esse, & alterum fallsum, cum enim Socrates sit: aliud quidem verum, aliud autem fallsum erit, cum vero non sit, ambo falsa sunt, neque enim lāguere, neque sanū esse verū est, cum ipse non sit omnino

Socrates. In priuatione vero & habitu cum non sit oīno: neutrum verum est. cū autem sit non semper alterum quidem verum erit. alterum autem falsum. habere namq; visum Socratem ei quod est cæcum esse Socratem opponitur. sicut priuationē & habitu, & cum sit: non necessarium est alterum verum esse vel falsum. cum enim nondum sit natus habere: vtraq; falsa sunt. & cū non sit oīno Socrates: similiter quoq; falsa sunt vtraq; & visum eum habere, & cæcum eum esse. In affirmatione vero & negatione semper siue sit: siue non sit hoc quidem falsum erit, illud autem verū. Languere neq; Socratem, & non languere Socratem cum ipse sit, palam est qm̄ alterum eorum verū, alterum vero falsum est. & cum non sit: similiter. Languere etenim cum non sit: falsum est. non languere autem: verum. Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum verum, alterum falsum esse: quæcunq; tanq; affirmatio & negatio opponuntur. **¶** Contrarium autem bono quidem ex necessitate malū est, hoc autem per singulorum inductionem palam est. vt sanitas lāguor, & iustitia iniustitia: & fortitudini timiditas: similiter autem & in alijs. **¶** Malo autem aliquando quidē bonum est contrarium: aliquando malum, defectū enim (cum malum sit) superabundantia contraria est, cum sit etiam ipsa malum. similiter autem & medicritas cum vtriq; contraria sit: bonum est. Sed in paucis quis, tale hoc aspiciet, in pluribus vero semper malo bonum contrarium est. **¶** Amplius. Cōtrariorum non necessarium est, si alterum sit, & reliquum esse. Sanis namq; omnibus, sanitas quidem erit, languor vero nō. similiter autē albī oībus, albedo quidē erit, nī gredo vero non. **¶** Amplius. Si ei quod est Socratem sanū esse, Socratem languere contrariū est: non cōtingit, simul vtraq; eidem inesse, non vtriq; cōtinget cū alterū cōtrariū sit: & reliquū esse. cū enī sit Socratē sanū esse, lāguere Socratem nō erit. **¶** Palā vero est quia circa idē aut specie aut generi nata sunt fieri. Lāguor nāq; & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri. albedo autē & nigredo: simpliciter in corpore. Iustitia vero & iniustitia, in aīa hominis. **¶** Necessarium autem est oīa contraria: vel in eodem genere esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera esse. album enim & nigrum in eodem genere sunt. color enī eorum genus est, iustitia vero & iniustitia, in contrarijs generibus. illius nanq; virtus genus est, huius autem vitium. bonum vero & malū non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliorum existentia.

¶ Decimī Cap. notæ.

¶ Annumeratio modis oppositionis, diuīsiō est homonymi in sua cōtinuoca. Sūt & qui volunt oppositionē synomine hoc est vnuocā, iīa partiri, sed oppofita nō vna rōne diffiniuit Aristoteles: sed quatuor, & difficile est talē vna diffiniitionē reperire: quē nō multis pateat columnis. **¶** Habitū & priuationē, habitus affirmatione designatur vt visus, auditus, & similia. Priuatione vocabulo priuationē īmportante, vt cæcitas: iurditas: & huiusmodi. & cæcitas non proprie dicetur negatio, sed vocabulū priuationū. **¶** Ut affirmatio & negatio, finitiū & infinitū quæ videlicet vocabulis adinuitē finitiū & infinitū designamus. vt hō non hō, fēder non fēder, sedens non sedens & huiusmodi. Et non fēder verbū est infinitū: sedet vero finitiū. Ea etiā quæ opponuntur vt affirmatio & negatio, res ipsa quæ sub affirmatione acq; negatione sunt, vt res subiecta, sub suis notis signis: intelliguntur quod ex litera sequēti, vbi Græce habetur, τὸ δὲ ἦν οὐλῶν κατάφασι, μὴ ἵπόρασι, μὲν εἴη τοι, λόγῳ ἀλλὰ πρᾶγμα, hoc est qd̄ sub affirmatiōe, negatione est, nulla est oīo, fed res (verus tñ lectio id non habet, sed res) conjectura facit. & id etiā qd̄ cōlequenter habetur, sic & res quæ sub vtrōq; est opponitur scilicet sedere aliquē ad non fēdere, sed cauēndū hic est ex obliqua rerū intelligētia: mōstra pariamus. vt enī oīone sine rerū confidētione, contradictoria non aduersanī oppositione: ita quoq; neq; res sine orationē dicitur vt cōtradicitorie opposit. Ex hoc sedē: primus modus oppositorū finiti & infiniti facile intelligitur qui & minus, plāpībus paratus est, secundus tamē modus magis in litera videtur exp̄ressus quē nō errore sed torta (vt dicitū est) intelligētia patet, si quādo aliquē errare cōtingerit. **¶** Contraria sic diffiniiri solent. Cōtraria sunt quæ sub eodem genere possit, maxime ab inuicē distat, & eidē subiecto vicioſissim insunt, a quo mutuo se repellunt: nī alterum eorum inīsit a naturā. Prima particula sub eodem genere possit maxime

Communitas

1

Communitas

2

Communitas

3

Communitas

4

Communitas

5

Communitas

6

Aristoteles
Galenus

Plinius

Seuerinus

distant: ex instantia, primæ communis quantitatis trahitur. Secunda & ultima, eidem subiecto vicissim insunt, nisi alterum eorum insit a natura: ex secunda ratione ne quinque conclusio-
nis presentis cap. (q) priuatue opposita, a contrarijs alio opponatur modo) facile dinoscitur ipso-
test. Et tertia a quo mutuo se expellunt: ex quarta conmunitate contrariorum. Itaq; non irra-
tionabiliter collecta illa diffinitio esse videatur. Et contrariorum quædā sunt que solum adesse
suis subiectis natura sunt: non etiam predicari: ut albedo, nigredo calor & frigiditas & huius-
mo di primitigenia. Albedo enim & nigredo corpori vicissim insunt: non autem de corpore
prædicantur. Siquidem nullum corporis aut albeo aut nigredo. Et alia sunt quæ inesse & pre-
dicari dicuntur: ut centraria denominativa album: nigrum, calidum, frigidum & id genus
cetera. Et album enim corpori adest: & simul corpus dicitur album. & ita de nigro, calido, frigi-
do, & reliquo. Ideo Aristoteles contraria immediata finiendo adiunxit se videtur, in ijs in
quibus fieri natura sunt, aut de quibus prædicari ut heo contrariorum tum primigeniorum prin-
cipaliumq; & paronymorum diuersitas deprehenderetur. ¶ Sanum describere solent quod
in suis qualitatibus & humoribus prosum naturæ & inducibilitate sit temperatum: nihil insu-
per plus minime in continuo aut discreto quam par est habens. Et ægrum bifarium. Primo.
ægrum quod in suis qualitatibus aut humoribus lapsum intemperatum est, aut in conti-
nuo, aut numero aliqd plus minusve habens. Secundo. Quod in aliquo huiusmodi deficit: es-
manifestam laetionem habet, atq; vt ita dicatur dolorificum sensum. Sicigitur ægrum ho-
numy whole primo modo acceptisse Aristotelem volunt. Secundo modo Galenum medicum.
Inter sanum & ægrum primo modo medium nullum intercidet, sed inter sanum & ægrum
secundo, medium intercidet, quod medici neutrū appellant, cum videlicet animalis qua-
litates, humores aut huiusmodi lapla sunt, led apertam, manifestamq; non preferunt laetionem,
quam naturalem dispositionem si sequitur morbus: ea assimiletur vicino noctis crepusculo. si
sequetus sanitas, affini diei crepusculo. necq; medicos Aristotelem com pugnare: necq; Aristote-
lemedicis: qui idem & medicus & filius medici fuerit. sed alia significatio vñum q; pleriq;
aliorū medicorū, quod & verum est. Sed haec dixisse, ferme fuerit ab instituto alienum. ¶ Qd
de pari & impari dicitur: magis ad analogiam quæ contrarietas naturæ accommodandum est.
perinde acsi sumptu esset rationale & irrationalē de iali prædicari, & necessarium esse alterū
rationale dico aut irrationalē de iali prædicari: id ad analogiam accommodatum esset non etiā
ad contrarietas naturæ. Nam neq; par & impar, nec rationale & irrationalē propriæ
contraria suntur contrariis, etiā immediata asimilatur. ¶ Studiofum prædicatur de homine & de
alijs complurib; studiosum enim quod & ἀπό τοῦ στοιχείου δicitur, ἀπό τοῦ στοιχείου qd est aliquid
diligenter facio. Vnde sit ut homini & cōpūculis alijs diligenter opus suum peragentibus stu-
diosum conueniat, ut studiof apes, formicæ, bombices: & id genus dici possint, quæ sedule &
diligenter & quasi prouidentia quadam mirabili, sua munia peragunt, & huiusmodi prompta
diligentia virtus appellatur: a qua studiosi, vigilantesq; & accurati dicitur. ¶ Nomina:
nomia simplicia, peculia, & nō circulocuta. ¶ Infantes generatione, & recetes in luce edi-
ti, dentes non habet. Et catuli canū (nisi id falso tradit. Plinius) ante septimum diem non vident
& tardius nunq; primo & viceclimo die lux illis restituitur. Et si singularis nascitur foetus, no-
no die cernere dicitur: si gemini dno: si terni vndeno. & ita quoque ad tertiis, tertiis retra-
date luci dies (autumnus) ad ecum iri. ¶ Qd priuatue esse, non sit priuatu, & habere habitū,
habitū: prima adducta argumentario confirmare potest, si nulla species de specie neq; genus
de genere, vimque inductionis quodam modo obtinet, quæ manifestius agnoscetur: hunc
in modum formatu, cæcum esse non est cæcitas: neq; surdum esse surditas. At qui eius quod
est cæcum esse & surdum esse genus est priuatu esse, & cæcitas & surditas genus priuatu.
igit priuatu esse: non est priuatu. Consimiliter vñum habere, nō est vñus, neq; auditum
habere auditum: & hoc pao in ceteris. Atque eius qd est vñum habere & auditum habere ge-
nus, est habitum habere, & ipsius vñus & auditus genus habitus, non est itaq; habere habitū: ipse habitū. Et aii Seuerinus aliud est habitus, aliud qd habet & aliud habere habitū, nā habet
ut vñus: qualitas quædā est & naturalis quædā poterit ut videtur, habere hominem est: & habere
habitū: & hō & qualitas est. Quo sit ut habitus: & qui habet: re ipsa duo sint, sed qui habet,
et habere habet: sola ratione duo, nā pro eodē sumuntur. Et priuatu et cæcitas: carerit vñus
est, et qui habet: he mo est, et priuatu esse, et he mo et huiusmodi carerit. Sed dicere quoquo
pacto, vñus carerit et ipsa nihil aliud sit quā oculi potentia, vñus in naturalemque illam ha-
bilitatem et contemporamentum ad videndum non habens, quando habere nata est, id ma-
ius ex philosophia requirit adiumentum a quo præsidium. Cum enim intellectus materiam
et priuationem recipia vñum esse, et ratione duo, id quoque intelliges vel quam facilissime. Id
tamen Aristotelem, cæcum esse, et cæcum pro eodem accipere video: pariter et vñus habere
et evidens et huiusmodi similiter, ex secunda ratione haud difficulter agnoscitur. ¶ Pro secun-
da ratione id proloquiu est, quæ sunt eadē, et de aliquo quoque eodē verificatur. Vis itaque
argumentationis Aristotelis, hypothetico syllagismo colligitur. Si cæcum esse et cæcitas idē
sunt, ipsa de eodem verificabuntur, atqui de nullo eodem verificantur, nam cæcum esse de lo-
lis animatibus verificatur soli, in enim animal cæcum est. At cæcitas de nullo prorsus animal
dicitur, neque ei he mo neque aliud animal quoctique cæcitas est. Nō igit id cæcum esse ex ce-

citas. Quare neq; priuatu esse & priuatu, idem enim subiectum iudicium. Et haud aliter per quam
facile vñus habere & vñus, non idem esse monstrabuntur. Boerius tamen principium mura-
uit, hoc vñus. Quæ sunt eadem, de quoq; predicatur vñus, de eodem quoq; predicabitur
Boetius

& reliquum, quod solum verum maximopere esse oportet, de ijs quæ omnino sunt idem. Pri-
mo tamen videtur Aristoteles vñus, & communis sane & accommodabilis est. ¶ Naturæ
idem, quod sic inesse natura determinatum est, vt vñus oppositum natura inesse non possit.
Et accidensario quicquam inest, quod sic, a natura vt in iste determinarum non est quin vñus
oppositum, aut aliud quicquam ipso delecto inesse possit. Quo fit ut calor natura in iste igni.
at frigiditas non natura sed accidentario in iste aqua, est aqua natura sit frigida, nam natura
determinatum non est, vt aqua solam frigiditatem habere queat, non etiam caliditatem. Fit
etiam vt cum dicitur impossibile esse ignis frigidus sit, & niuem esse nigrum, perinde sic
acsi dicere natura fieri non posse vt ignis frigidus sit, neq; vt niex sit nigra. De ea enim
potentia cui nihil impossibile, cuinhil difficile, soli metaphysico et supramundano philoso-
pho cura relinquenda est. Necq; ea quicquam circa metaphysicam aut loquendum aut au-
dendum, nisi forte ad eam pias fundamus preces, quae nos facra docerent oracula. impudens
enim est, de tanta misericordia loqui, & audere quicquam diffinire, priusquam quis apprime eru-
ditus & purgatus sit, qui autem hoc facit, attendat & audet, mentis cœcitatem potius, quam il
luminationem incurrat. Sed vt ad contraria propositum reuocemus, possunt facile his diui-
sionibus omnia succincte comprehendendi. Prima. Contrariorum quedam sunt mediæ nominati, quedam
vero innominati mediæ. Tertia. Rursus contrariorum mediatorum quedam subiectis natura
sunt, & quedam accidentario. Et diffinitiones ex litera facile trahi possunt. ¶ Vt contrario-
rum diffinitionis ex Aristotelis dictis, per particulas collectas est, ita quoq; vñam priuatu op-
positorum colliguntur in modum. Priuatu oppositum sunt habitus & priuatu, quæ habet
fieri circa idem ordinem irregressibili, & tempore determinato a natura. Prima particula habi-
tus & priuatu, communis de his oppositis in hoc capite particula est, & aliq; quinque conclusio-
nis prima & secunda rationibus elicuntur quam facilissime. Et Aristoteles dicta, pariter & hæc
collecta diffinitionis, de priuatu oppositis secundum naturalem instanciæ potentiam (quæ ma-
xime talia sunt) intelliguntur, & illa naturalem potentiam negant, per quæ priuatu oppositi
secundum actus, vt motus & quietes, lumen & tenebra, luminosum & tenebrosum & id ge-
nus talia facilis intelligitur, & hæc negant actum, & amota particula ordine irregressibili, dif-
initionis communis est tam ijs quæ secundum potentiam quam quæ secundum actum dicitur.
Nunquam quis potest quam cœcus effici est rursus natura, naturæq; potentia vidit, id enim
impossibile est. Quare si cum naturæ conditor, propter homines trabea carnis induitus, cæcis
natis dicebat respice, & protinus respiciebant, vixisset Aristoteles & vidiisset, proculdu-
bio statim confessus fuisset esse deum, et vt deum adorauisset, penes quem solum potestas re-
seruata est, solo verbi imperio facere, quæ natura negavit esse possibilis. ¶ Nullum neq; verū
neq; falso est, hic duæ negationes non modo non affruntur ac affirmant, sed et arcifus, virgen-
tius, vehementiusq; negat, quod Aristoteles sic dixit ὅτε ἡντερησεῖσθαι, οὐτε τρέψεισθαι, quo
loquendi modo, frequenticule vixit Aristoteles. ¶ Differentiæ oppositorum ex compara-
tione eorum adiuntem que ex conclusionibus deprehenduntur subiecta formula quo sint,
et quo modo sumuntur ostenditur. ¶ In qua posteriora precedentibus comparantur, et merito
nam priora prius accepta sunt.

Diuina poten-
cia.

Aristoteles

Differentiæ sex oppositorum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---------------|
| b | 1 | 1 | A | Relativa |
| A | c | z | B | Priuatu |
| d | 3 | 1 | C | Contraria |
| B | c | 4 | D | Conradictoria |
| d | 1 | 1 | o | |
| C | d | 6 | 1 | o |

In paucis licet aspicere mediocritatem, utriq; ex
tremo malo, contrariati. Nam ferme in undecim
virtutibus moralibus, quas Aristoteles tertio et
quarto ethicorum diligenter exquirit, et perpa-
cias affectibus, pro qua re subiecta describatur for-
mula.



| Contraria | | |
|-----------------------|---------------|------------------|
| Contraria | | Contraria |
| Malum | Bonum | Malum |
| Excellus | Mediocritas | Defectus |
| Audacia | Fortitudo | Timiditas |
| Intemperantia | Temperantia | Inseparabilitas |
| Prodigalitas | Liberalitas | Illiberalitas |
| Circa decorum ruditas | Magnificentia | Pusillitas |
| Lentitudo | Magnanimitas | Pusillanimitas |
| Ambitio | Modestia | Honoris vacuitas |
| Iracundia | Manuetudo | Irreverentia |
| Adulatio | Affabilitas | Contentio |
| Arrogantia | Veritas | Diffimilatio |
| Scurrilitas | Comitas | Ruficitas |
| Indulgencia | Amicitia | Inimicitia |
| Inuercundia | Verecundia | Stupor |
| Inuidia | Indignatio | Maliuolentia |

CIn sub. Et quamvis omnia contraria sint sub eodem genere, aut in contrariis generibus, aut contraria genera quae amplius in contrariis non sint, omnia tamen sub eodem genere posita sunt, nam sub eodem primo, communissimo. Et superioris adducta, de vicinis generibus & sub quibus nullo medio contraria continentur, intelliguntur in definitione autem de genere seu communis genus sit siue sit minus atque longinquus supereminens, & collocatum, ut iustitia & iniustitia, virtus & vitium, bonum & malum, habitus sunt, & qualitates.


PARAPHRASIS CAP. DEC IMI.

OEcum cap. oppositorum modi quatuor. Definitiones quinq; conclusiones sex. contrariorum communitates sex. **E**nnumeratio modorum oppositionis. De oppositis quatuorpleriter opponit solent dicendum. Solet sane alterum alteri quatuor modis opponi. aut ut relativa, aut ut contraria, aut ut priuatiue quae habitus sunt & priuatio, aut ut contradictione quae sunt ut affirmatio & negatio. Et horum singula ut exemplo, figurae dicamus opponuntur, relativa quidem, ut duplium opponitur dimidio, contraria ut bonum malo, priuatio ut cecitas visui, que habitus sunt & priuatio, ut contradictione ut sedet, que sunt ut affirmatio & negatio. **P**rima diffinitio. Relativa opposita sunt quae ea ipsa que sunt oppositorum dicuntur, vel quomodolibet alter ad illa. ut duplium id ipsum quod est, oppositi dictur. nam dimidiij duplium, & scientia, oppositi, nam scibilis scientia, & scibile aliquo pacto ad eius oppositum, scientiam videlicet dicitur, nam scibile, aliquo dictur, id est scientia scibile, manifestum igitur quecunq; ad aliquid & relativae sunt opposita, ut ea ipsa quae sunt oppositorum dicuntur, vel aliquo pacto alter ad illa atque adiuicem. **P**rima conclusio. Contraria opposita a relativa oppositis differunt. Nam contraria, secundum ea ipsa quae sunt adiuicem non dicuntur, et si inuicem sibi dicuntur contraria, ut boni, mali boni non dicitur, sed mali contrarium, neque album, nigri albi, sed nigri contrarii, ut id secundum id quod sunt, relativa oppositis conuenit. Manifestum igitur contrarie opposita in hoc ipso, a relativa oppositis differre. **S**econdia diffinitio. Contraria immediata sunt contraria, quorujs in quibus fieri nata sunt aut de quibus predicari, alterum inesse necesse est. Nam nihil illorum medium est. **T**ertia diffinitio. Contraria vero mediatam, quorum non hunc in medium alterum inesse necesse est, nam illorum omnino medium aliquod est, ut immediata contraria aialis sunt languor & sanitas. Nam natura languor & sanitas in animalis corpore sunt, & languorem aut sanitatem alterum corrum aialis corpori inesse necesse est, perinde ac par & impar de numero praedicatur, & necessarii est alterum (parē dico aut impare) numero inesse, & nihil horum medium, neque enī languoris aut sanitatis medium est, neque paris aut imparis. At mediatorū quorujs scilicet non necesse est alterum inesse, aliquid medium est. Ut album & nigri mediatam sunt, nam in corpore fieri nata sunt, neque necessarium est alterum inesse corpori. Nō enī oē corpus,

fucsum, pallidum ut quicunque alius huiusmodi color, & que virtutis & studiosi medium est quod neque virtutis neque studiosum est. Verum tamen medianorum reperitur diuersitas, nam in aliis quibus medianorum nomina posita sunt, ut albi & nigri medium nominatum est, & fucsum scilicet & pallidum: in aliquibus vero nomina (que medio accommodare possimus) nulla sunt, sed medium illud per virtutem extremonum negationem definitur arque determinatur, ut boni & mali medium, determinatur: quod neque bonum neque malum, & iusti & iniusti medium: quod neque iustum neque iniustum. **Q**uarta diffinitio priuatue oppositorum. Priuatue opposita sunt habitus & priuatio, que circa aliquid idem fieri nata sunt ut visio & cecitas priuatue opposita, fieri habent circa oculum. Et ut in summa dicatur circa quocunque natus est fieri habitus circa idem & ut in summa fieri haberet, & habitus videlicet & priuatio. Priuari autem dicimus tunc vnum quodque susceptibilis ipsius habitus: quando in quo habitus natus est esse: & quando ipsum susceptibilem natum est habere, neutriquam est. Edentulus enim & cœcum dicimus qui dentes & visum non habet cum tamen & dentes & visum habere natus est, & non simileiter quia dentes non habeat aut visum. Nam sunt quædam quæ a generatione neque dentes neque visum habent: sed non ideo edentula dicuntur neque cœca. **S**ecunda conclusio. Differunt priuatuū esse & priuatio, similiiter habere habitum & habitus. Nam priuatum esse & visum habere non est priuatio, ac habitus. Quod sic offenditur. Primo quia cœcum esse non est cœctas, & visum habere visio, acutum cœcum esse est priuatum esse & cœctas priuatio, & visum habere habitum habere & visus habitus. Non igitur idem erunt priuatum esse & priuatio, idem habitum habere & habitus. Secundo. Si idem esset cœctas & cœci esse, utraque de eodem prædicarentur. Arqui nō prædicantur de eodem, nam cœcum, homo est, cœctas autem nullo modo homo dicitur. Non igitur idem sunt cœcum esse & cœctas, quare neque priuatum esse & priuatio & eodem modo visum habere & visus, non esse idem ostenduntur. Et quanquam ita est priuatum esse, priuacionem non esse: & habere habitum, ipsum habitum non esse, illa tamen cum priuatione & habitu aliquo modo conuenient, nam ut priuatio & habitus inter se priuatue opponuntur, ita quoque priuatum esse & habere habitus. Sicut enim cœctas visum opponitur, hunc in modo quoque & cœcum esse, ei quod est visum habere oponitur est. **Q**uinta diffinitio ut contradictione oppositorum. Ea quæ ut contradictione opposita sunt, que sub affirmatione, negatione que sunt. **T**ertia conclusio. Differunt affirmatio & negatio: & quæ sub affirmatione & negatione iacent. Nam affirmatio oratio affirmativa est, & negatio oratio negativa, ut qui que sub affirmatione & negatione iacent, non sunt oratio aut affirmativa aut negativa. Conveniunt tamen, nam quæ sub affirmatione & negatione locantur ut affirmatio & negatio opponi dicitur. Id enim utrisque oppositiōis modus, & ut oratio quæ sedet ei opponitur negatione no quis sedet, sic sedere & non sedere res sub affirmatione & negatione iacentes, opponi dicitur. **Q**uarta conclusio. Priuatue opposita non ut relativa opposita opponuntur. Primo nam relativa opposita ea ipsa quæ sunt oppositorū dicuntur, ut aliquo modo ad illa. ut priuatiue opposita non dicuntur oppositorum. Visus enim nō est cœctas visus, neque aliquo modo alter ad id ipsum dicitur, neque cœctas est visus cœctas, esti visus priuatio dicatur cœctas. Non igitur priuatiue opposita, ut relativa opposita opponuntur. Secundo. Omnia relativa opposita ad contrarietatem dicuntur. Si igitur priuatiue opposita perinde ac relativa opposita opponerentur, ad conuentient dicentur, ut cœctas ad id ad quod opponitur, non conuerterunt autem priuatiue opposita. Non enim visus cœctatis visus dicitur, neque cœctas visus cœctas. Non igitur priuatiue opposita ut relativa opposita aduersabuntur. **Q**uinta. Neque priuatiue opposita ut contraria opponuntur. Nō enim primum opponitur ut contraria immediata. Nam huiusmodi contraria ut in quibus fieri nata sunt, aut de quibus prædicantur semper alterum inesse necesse est. Nam nihil medium est eorum, quorum alterum necessarij est suscepibile inesse, ut de lagore & sanitate, pari & impari dicitur est. Id autem de priuatione & habitu, nequa poterit cognoscitur, nequem semper suscepibile alterum eorum inesse necesse est. Nam quod nō dum natura definitum, determinatum est ad videlicet neque cœctas, neque visum habens dicitur. Quare nō similiiter priuatiue opposita ut ea contraria quæ medio carēta sunt, sunt quæ immediata, neque quidem opponuntur ut ea contraria quæ mediatam sunt. Nam eorum contrariorum quorum aliquid medium est, nūquam omnis suscepibile in eo fieri nata sunt, ut alterum inesse necesse est. Nō enim omnes albi aut nigri, calidi aut frigidū suscepibile, album aut nigrum, calidum aut frigidū esse necesse est, sed aliquod eorum suscepibile, nihil prohibet medium aliquod esse, nam ilorum contrariorū aliquid erat medium. Et re vera in nullo suscepibili huiusmodi contrariorum, alterum inesse necesse est, et praeter illa subiecta quibus taliter contrariorū vñ natura inest, ut calidū igni, & calidū niui. In talibus enim alterum determinate inesse necesse est, neque contingit alterum inesse, non enim possibile est ignem frigidū esse, neque niuem esse nigrum. Quod si ut manifestum sit nō omnis suscepibile alterum mediatorum contrariorum inesse necesse est, sed solis illis quibus vnum natura inest, & in illis quidem vnum determinante inesse, neque alterutrum inesse contingere. At priuatiue oppositorum omni eorum suscepibile aliquando alterum inesse necesse est, ut cum tēpus a natura determinatum fuerit. Quādā enim quicquam natum est habere visum, ut visum habeat, aut cœctis inesse necesse est. Et quādā ita est, nō determinate tamen alterum priuatue oppositorum, tunc inesse necesse est, quemadmodum in quibusdam contrariis vnum determinante inesse est necesse, cum videlicet natura suscepibile

inest, sed sine discrimine alterutrum priuatorum inesse contingit. Non enim quicquam determinate visum habere, determinateve cōcūm esse necesse est. manifestum est igitur secundum virtunque contrariorum modum & immediatorum videlicet & mediatorum priuatoria diffimiliter esse opposita. Secundo, Contrariorum susceptibile nunc in vnum nunc promiscue in alterum permutari potest (modo vnum natura non infit: ceu calidum esse, igni) possibile enim est quod sanum est, languidum esse & albū eudare nigrum: & quod studiosum praeferre & quod prauum, rursus studiosum fieri. Nam & qui prauus est: si melioribus institutis ducatur atq; sermonibus, aliquantum saltē est parum, vt studiosus eudat proficiat. Quod si semel vel parum quid ad probitatem admiserit: perspicuum est ipsum tandem in manum virtutis euasum cumulum, probitati si incrementum. Continuo enim ut bene ad virtutem mutetur: aptior habiliorq; redditur: quodēque a principio defūserit incrementum. Quare admodum par est ipsum maius probitatis augmentum suscipere, & hoc si continue agere pergit perfecte tandem in contrarium habitum permutatum iit, nisi forte vita tempus, paciumq; intercidatur. At hoc pacto in priuatue opp̄stis, promiscue mutationē, vīcīssim fieri impossibile est. Verum ex habitu in priuatione fit mutatio: ex priuatione vero, in habitum regredi impossibile. Non enim vñquam quis effectus cōcūs: rursus vñdit. neq; calidus comatus euāt, neq; edentulus, rursus dentes enat. Non igitur priuatorie opposita vt contraria opponuntur. **Sexta conclusio.** Ea quæ vt cōtradictorie sunt opposita: nullo prædictorum modorum opponuntur. Nam affirmatio & negatio oppositæ nullo dictorum modorum opponuntur, vt pote in quibus foliis semper vt vnum eorum verum & alterum falso sit necesse est. Atqui neq; in relatiue oppositis, neq; contrariis neq; priuatoris id euēire necessarium est, duplum & dimidium relatiue opposita sunt, quorum neutrum neq; verum neq; falso est. sanitas & languor contraria: & neutrum neq; verum aut falso. & vñs & cōcūs priuatue opposita: quorum identidem neutrum neq; verum neque falso. Et omnino quæcumque sine complexione dicuntur, nullum neq; verū neque falso est, que autem supradicta sunt omnia, sine complexione dicuntur. Sed forsitan dices, si contraria & alia opposita cum complexione sumuntur, oportere alterum verum & alterum falso erit. Verum non ita est, nam cum dico Socratem sanum esse & Socratem languidum esse: contraria sanum & languidum cum complexione sumuntur, haud semper ramen oportear vnum verum esse: & alterum falso. Nam tamet Socrate existens vnum verum sit, & alterum falso: ipso ramen non existente vtrūq; falso est, neque enim si omnino Socrates non sit, verum est Socratem sanum esse, aut eadem esse languidum. Et similiiter si priuatue opposita cum complexione sumuntur, vt Socratem videntem esse, & Socratem esse cōcūm, si Socrates non sit. Er si sit Socrates, non cōtinuo oportet alterum verum esse & alterum falso, nam cum nondum habere natus est, vtrūq; profecto falso est. Pater igitur siue Socrates sit, si omnino non sit euēire vtrāque. Socratem vñsum habere & Socratem cōcūm esse, falsa est. At in oppositis affirmatione & negatione siue Socrates sit non sit, semper vnum verum & alterum falso erit. Nam Socratem languerē si non sit falso est, & Socratem non languere verū. Quare foliis affirmatione, negationeque oppositis, peculiare & proprium est semper eorum alterum verum esse, & alterum falso. Opponuntur igitur vt contradictriae opposita: alio modo a reliquis, nam vt affirmatio & negatio opposita dicta sunt. **Sex contrariorum communitates.** Prima. Bono contrarium: vt ipsum malum; sit necesse est: hoc ex singulorū inductione dīnoscitur. Nam sanitati lāgor contraria est, & iustitia iniustitia, & fortitudini timiditas: & ita in reliquis bona autem sanitatis iustitia, fortitudine, mala vero languor: iniustitia, atq; timiditas. **Secunda.** Malo contrariū aliquando bonum vt languori, sanitatis, aliquando malum, vt defectui exuperatio contraria est, quorum vtrūq; malum aliquando vero mediocritas quæ bona est: vt tūc contrariorum malorum contraria, sed hoc in paucis ap̄ficere licet, bonum vt vero semper malo contrarium in quāplurimi. **Tertia.** Si vñum contrariorum est, alterum vt sit non necesse est. Nam omnibus existentib; laniis sanitatis erit: non erit autem languor & si omnia essent alba, albedo quidē esset, non esset autem nigredo. **Quarta.** Impossibile est contraria simul eidem inesse: vt sanum & languidum contraria sint, & vñum Socratis in sit: alterum simile eidem non inerit, vt si sanum in sit, verumq; sit Socratem lani esse: simile verum non erit Socratem languere. **Quinta.** Contraria aut fieri nata sunt circa susceptibile idem specie, aut genere, Specie quidem, vt iustitia & iniustitia circa animam huminī. Genere, vt sanitas & languor circa corpus animalis, albedo & nigredo simpliciter circa corpus. **Sexta.** Omnia contraria aut in eodem genere esse, aut in contrariis generibus: aut ipsamē genera esse necesse est, in eodem quidem genere albedo & nigredo: nam eorum genus color, in contrariis generibus vt iustitia & iniustitia, nam illius genus virtus, huius vero virtutem. Contraria vero genera vt bonum & malum non enim sunt in genere illud scilicet virtutis & hoc vñt, sed sunt illorum genera. Et hæc de oppositis.

88



89

91

92

90

88

89

90

91

92

De modis prioris.**Cap. XI.**

Rūs autē alterū altero dicitur quadrupliciter. Primo quidē & maxime proprie secūdū tēpū secūdū quod scilicet antiquius alterū altero, & vetustius dicitur, in eo ē q; tempus ar̄plus est: & antiquius & vetustius dicitur

Secūdū autē q; nō cōuertitur secūdū subsistēdī conse quētā. vt vñū duobus prius est, duobus em̄ existentibus mox vñū esse consequētā est, vno vero existētē, duo esse non necessariū est, quare nō cōuertitur ab uno cōsequētā: vt reliquū sit, prius autē illud esse vñdetur: a quo nō cōuertitur eius quod est esse consequētā. **Tertio** vero secundum ordinē quendā prius dicitur: quēad modū & in disciplinis, in orationibus, nam in demonstratiis disciplinis est prius & posterius ordine. elementa em̄ in geometricā priora sunt ordine ijs quē describuntur, sed & in grāmatica, elementa syllabis p̄iora sunt. & in orationibus similiiter procēmū narratiōe prius ordine est. **Amplius** præterea quē dicta sunt, quod melius & honorabilius est, prius natura esse vñdetur, consueverunt etiam multi honorabiliores & magis dilectos a se, priores apud se dicere. Est quidē & pene alienissimus priorū hīc modus. Modū igitur qui dicti sunt de priore, fere hi sunt. **Videtur** autē præter eos qui dicti sunt, alter esse prioris modus. Eorū em̄ quē cōuertuntur secundū essentię consequētā, quod alterī quomodo libet caūla est, digne prius natura dīci possit, quoniā vero quedā sunt hūiū modi, pālā est, esse nāq; hominē, secundū essentię consequētā ad veram de se cōuertitur orationē. Nā si hō est, vera est oratio qua dicitur, quia homo est, et si vera est oīo qua dicimus q̄ hō est, etiā cōuerteſ. Nā si vera est oīo qua dicimus q̄ hō est, est homo. Et vera quidē oratio, nequaq; caūla est, vt sit res, verū tamē res quodā modo causa vñdetur, vt sit vera oratio, eo enim q̄ res est aut non est: vera oratio aut falsa dicitur, quare secundum quinque modos, prius alterum altero dicatur.

Vndecimi Cap. nota.

Ordine quodā, ordine artis disciplinę. Rhetores orationē pro illa qua vñtū obseruantia partiri solent, exordiū, narrationē, propositionē, argumentationē, & perorationē. Et exordiū appellant orationis principiū auditores preparās vt eos attentes, dociles, benevolosque efficiat. Narratio pars illa qua lucide verisimiliter, succintēq; quicquam exprimit.

| | |
|----------------------------|-----------------------|
| 1 Prius tempore | Posterior tempore |
| 2 Prius natura | Posterior natura |
| 3 Prius ordine | Posterior ordine |
| 4 Prius natura perfectione | Posterior perfectione |
| 5 Prius natura causa | Posterior causa |

CAPARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.

Ndecimū Cap. scholā de priori, prioris modi quinq;. **Quinque** prioris modi. Prius alterū altero quatuor modis dicitur. Primo prius tempore, & id quidē propriis meo modo quod antiquius & verū stius est, prius dicitur. Namque antiquius & verū dicitur: quia pluris est temporis. **Secundo** dicitur prius: a quo essentię consequētā non cōuertitur, quo pacto vñū, prius est duobus. Nā si duo sint: con tinuo vñū esse consequētā est, at si vñū sit, non continuo consequētā duo esse, quare ab uno non cōuertitur consequētā ad reliquū, prius igitur vñū, siquidē prius dicitur: a quo essentię consequētā non cōuertitur. **Tertio** modo, prius ordinē quodam, quod in scientiis & orationibus facile est intueri. Nam in scientiis demonstratiis & prius & posterius ordinē cōp̄ierit. Elementa enim ordinē: figurarū delineationib; priora sunt, & principia: cōtemplandi priora conclusionib; & in grammaticis litera, ordine priores sunt syllabis. Et in orationibus apud rhetoras: exordiū prius est narrationē. **Quarto**, prius perfectione, vt quod melius atq; honorabilius esse vñdetur: prius perfectione dicitur: Consueverunt etiam multi honorabiliores & magis a se dilectos, apud se dicere priores. Verū hīc modus ferme alienissimus est. Et hīc sunt qui dīcī solent: quatuor modi prioris. **Quinto**, Præter dictos prioris mo-

des. **Quarto**, prius ordinē quodam, quod in scientiis & orationibus facile est intueri. Nam in scientiis demonstratiis & prius & posterius ordinē cōp̄ierit. Elementa enim ordinē: figurarū delineationib; priora sunt, & principia: cōtemplandi priora conclusionib; & in grammaticis litera, ordine priores sunt syllabis. Et in orationibus apud rhetoras: exordiū prius est narrationē. **Quarto**, prius perfectione, vt quod melius atq; honorabilius esse vñdetur: prius perfectione dicitur: Consueverunt etiam multi honorabiliores & magis a se dilectos, apud se dicere priores. Verū hīc modus ferme alienissimus est. Et hīc sunt qui dīcī solent: quatuor modi prioris.

dos alius esse videtur: prius scilicet causa. Nā eorū quae etiā secundū essentia consequentiam cōuerteruntur, vbi vñū alterius aliquo mō causa est: quod alterius causa est, dignū est prius naturā dici. Et qdā sunt huiusmodi: ostēditur. Nā hominē esse: & orationē qua dicimus hominē esse, vera, est, cōuerteruntur. Si enī homo est: & oratio homo est, vera est, & si oratio homo est, vera est: procul dubio homo est, & vñū aliquo modo alterius causa est. Nā rem esse: causa est vt oratio sit vera, non aut oratio vera: causa vt res sit. Ex eo enī qdā res est aut non est: oratio vera, falsa, dicitur. Est igitur hominē esse, hoc pacto prius oratiōe vera, homo est. Quare non absone quinq̄ modis: alterum altero prius dici possit. Et hæc de priori.

¶ De modis simul.

Cap. XII.

Imulaudem dicuntur simpliciter quidem & propriissime: 93 quorum generatio in eodem est tempore, neutrum enim eorum neque prius neque posterius est. Simul itaque secundū tempus hæc dicuntur. ¶ Natura autē simul sunt: quæcumq; 94 conuertuntur quidem secundū quod est esse consequentiā sed nequaquā alterū alteri causa est vt sit. vt in duplo & di- 95 midio. conuertuntur etenim hæc. nā cū duplum sit: dimidiū est, & cum dimidiū sit: duplum est, sed neutrum alteri causa est, vt sit. ¶ Di- 96 cuntur autem simul natura, & quæ ex eodē gerere ediuerso abinuicem diuiduntur. ediuerso autem diuidi abinuicem dicuntur, que secundū eandē sunt diuisio- 97 nem. vt volatile, gressibile, & aquatile, hæc enim abinuicē ediuerso diuiduntur, quæ ex eodem genere sunt. Animal namq; diuiditur in hæc, volatile, gressibile & aquatile. & nihil horum prius vel posterius est, sed simul hæc natura esse vi- 98 dentur. Diuiditur autem & singulum horū in species rufus, vt volatile animal aliud gressibile, aliud aquatile. Erunt ergo & illa simul natura, quæcumq; ex eodem genere secundum eandē sunt diuisione. Genera vero speciebus semper priora sunt, neq; enim conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiā. vt cum quidem aquatile sit, animal est. cum vero sit animal, non necesse est vt aquatile sit. ¶ Simul ergo natura dicuntur, quæcumq; quidem conuertuntur se- 99 cundum eius quod est esse consequentiā, sed nequaquam alterum alteri. vt sit, causa est, & ea quæ ex eodē gerere ediuerso diuiduntur abinuicem & simpliciter simul sunt, quorum generatio in eodem est tempore.

¶ Duodecimi Cap. note

Duplum simile vt sit: causa nō est, vt si mibi sint nummi quatuor, & tibi octo: duplum est & dimidiū est, at qui tuū duplū, vt meū sit dimidiū: causa nō est, necē cōtra. At si dixeris. Qua- 64 ternarius ad suū medietate duplū est, que & quaternariū dimidiū est, attamē causa est, vt sit: quaternariū. nā cōstitutiva pars, dimidiūq; causa duplū est. Id sane accidit: vt dimidiū cā sit, nā nō vt dimidiū: causa dicitur, eti id quod est, causa sit. Et pater vt pater filij causa nō est, nā neq; materia, neq; forma, neq; finis (vt notū est) pater, neq; efficiens vt pater, qm nullo momē so prius pater est quā filius. Solent autē efficiētia prius esse effectibus, nisi in aliquibus cōseruā- 99 tibus: vt q; cito lux, tā cito lumen. Et vide q; simul unū pater & filius: vt ne quidē vñū altero prius intelligentia est possit. nō enim patrē intelliges similiq; intelligentia, neq; filiū sine intel- ligētia patris. Nō igitur pater causa filij, vt pater. Nā ratio cōsentanea nō est, id quod est pater, causa sit. Id cōtemdū id quod est pater aut filius. vt Sophroniscus & Socrates: causa nō est consequētia subiendi conuertendē, non enī Sophroniscus est. Socrate est necesse est, neq; si Socrates est, consequētia est & Sophroniscus est. Sed pater & filij rationes: causa sunt huiusmodi alterē, reciprocē, cōueribilis cōsequētia. Quo fit vt cū dicitur simul natura esse, que efficiētia cōsequētia cōuerterunt, & neutrū alterius esse causam, ratio prēcipue arrederā sit. Id ei logici est, & id quartē ad aliquid seu cōmunitatē, seu proprietatē voces: dilucidiorē, aperio- remq; reddit intelligentia. ¶ Ex eodē genere & regione & ex aduerso diuisa nuncupat: quæ ap- 93 94 pellare solent membra diuisientia. Est enim genus vt arbor. & illa in quæ deducitur vt ex ar- bore & ex opposito iacentes sc̄t rami, quos proinde ex opposito diremptos, lectosq; atque diuisos forsan rectū appellaueris, quam diuidentes.

PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

Nodecimū Cap. modi simul tres, & epilogus. ¶ Tres modi simul. Primo. Simul simpliciter & propriissime dicitur: quoru generatio eodē in tempore est. Illorū enī nullū aut prius aut posterius est. Et hæc simul tempore dicuntur. ¶ Secundo. Simul na- 93 94 turā, quæ cum secundū essentia consequentiam conuertuntur: neutrū alterius vt sit, causa est, vt duplū & dimidiū hoc pacto simul sunt. Nam secundū essentia consequentiam cōuerterunt (si enim duplū est dimidiū est, & si dimidiū est & duplū est) & neu-

trū alterius vt sit, causa est. ¶ Tertio. Simul natura diuisione, quæ ex eodem genere & regione ab inicem diuisa sunt, diuisa autem hoc modo abinuicem dicuntur, quæ in eadem generis diui- 95 sione cōsumuntur. Vt gressibile, volatile, aquatile, simul hoc modo natura sunt. Nam ex eodem genere & regione seca diuisa sunt, secundū vñā adēq; diuisione sumpta. Dicitur enim animal in hæc volatile inquam gressibile, & aquatile quorum sane nihil prius vel posterius est, sed simul natura esse videntur. Dicitur rursus & vñum quodque istorum volatile sc̄i- 96 cer, gressibile & aquatile in species, erunt igitur & illa simul natura. Omnes enim, ex eodem genere, secundum eandem existunt diuisionem. Verutamen genera semper speciebus priora sunt, nam genera secundum consequentiam cum illis non conuertuntur, vt si ali- quid aquatile sit, animal est, & non necesse est si animal est, esse aquatile. ¶ Epilogus. Simul igitur simpliciter dicuntur, quorum generatio est in eodem tempore, & simul natura, quæ secundū essentia consequentiam conuertuntur, quorum neutrum alteri vt sit est causa, & quæ ex eodem genere, ex aduerso secta sunt, atque diuisa. Et hæc de simul.


¶ De speciebus motus.

Cap. XIII.

Otus autē species sunt sex: generatio / corruptio / augmētu / diminutio / alteratio / secundū locū mutatio. Alij itaq; motus palā est quia abinuicē diuersi sunt, nō enim est ge- 97 neratio corruptio / neq; augmētu / diminutio / neq; secundū locū mutatio, similiter autē & alijs. In alteratioē vero habet quandā dubitationē: ne sit forte necessarium id quod alteratur per aliquā reliquā motionū alterari. hoc autē non verū est, nā secundū oēs pene passiones, aut cōplures accidit nos alterari: nulla aliarū cōmunicante motionū, nā neq; augeri necessariū est quod p passionē mouetur: neq; diminui. Similiter autē & in alijs. quare alia prēter alios motus erit alteratio. nā si esse eadē: oportet id quod alteratur / mox & augeri vel minū vel quādā aliarū motionū sequi / sed nō nec- 98 esse est. Similiter autē & quod augetur / aut alia aliqua mutatione mouetur: altera- ri oportet, sed sunt quedā quæ augmētatur: quæ nō alterātur, vt quadratū gno- mone cirkūposito crevit quide: alterātur vero nihil factū est. sic & in alijs hmōi. quare alijs motus sunt abinuicē. ¶ Estaū simpliciter motui quidē: quies cōtra- riū. ijs vero que per singula sunt: & singula, generationi quidē corruptio / augmētatio vero diminutio: secundum locum mutationi / secundum locum quies ma- xime videntur oppositum esse / forte in contrarium loci mutatio, vt ei quæ infe- 99 riū est: ea quæ superius est: & ei quæ superius est, ea quæ inferius est, reliquo vero assignatorum motuum non facile est assignare quid forte est contrarium. vide- tur autem nihil esse ei contrarium: nisi quis & in hoc secundum qualitatem quie- tem opponat / aut in contrarium qualitatis / mutationē. sicut & in mutatione se- cundum locum: quietem secundum locum / aut in contrarium locum mutationē. est enim & alteratio mutationi secundum qualitatem, quapropter opponi- tur mutationi secundum qualitatem: quies secundum qualitatem / aut in contra- rium qualitatis mutatio. vt album fieri ad id quod nigrum est fieri, alteratur enim, in contraria qualitatis / mutatione facta.

¶ Decimoteriti Cap. note.

¶ Qualitas qdū male h̄rēs firma est, & vt ita dīca p̄grediēdo, regrediēdo in trāstū, p̄flio appellatur, & secundū eā alteratio cōsimilis aut̄ firma iam, & tenaciter h̄rēs, p̄fliabilis qualitas nomināt. secundū quā vt sic, nihil mutat, sed a motu fā rēpōrē euāst rēmorifīma, ma- gis p̄prie igitur dicitur alteraciones secundum p̄flias, qdū secundū p̄fliabilis qualitates fieri.



Quadratum quod circumposito Gno-
mone auctum est, at non alteratum est
c quia semper quadratum est.

In hoc, in
reliquo
motu, sc̄i-
licet alte-
ratione.

Dubium

Gnomo apud geometras figura est constans ex duobus parallelogrammi supplementis cū altero minorum parallelogramorum circa diagonum quadrati constantium. Quadratum figura est quatuor aequis lateribus & totidem aequis angulis contenta. Parallelogrammum superficies est aequa distantiam laterum. Diagonus quadrati linea est in quadrato longissima, ab angulo in oppositum angulum protensa. Supplementum parallelogrami pariale est parallelogrammum quod diagonus per medium non dividit tractis quidem duabus lineis ex opposito, quae quadrati lateribus aequa distat. sed in aliquo diagoni punto interfecantes. Parallelogrammum circa diagonum constans, id est quod duabus aequa distantibus tractis modo predicto lineis, diagonus per medium dirimit.

a b c d. Quadratum quod & maximum Parallelogrammum.

e b i h. Supplementum primum.

g i c f. Supplementum secundum.

a e g i. Parallelogrammum primum circa diagonum constans.

i h f d. Secundum & eadem sunt quadrata.

c b f d g h c d. Primus gnomus & de hoc loquitur Aristoteles.

a b g h a c e f. Secundus. a d. Diagonus.

Vñspauit Aristoteles interdum contrarium nomen pro opposito. Et vñ sive enit plerunque species pro genere, aut quod vñ huiusmodi se habet, vñspetur. Quid alterationi simpliciter & in yniuersum oppositum sit, difficile est assignare, q[uod] vocabula definit species ramen assignari facile est. vt alibetatio nigrefactio opposita, & calefacio frigefactio, & desiccatio humectatio & id genus quam plurima.

PARAPHRASIS CAP. DECIMI TERTII.

Ecum tertium Cap. enumeratio specierum motus & q[uod] differunt, dubium vnum quid moui, siveque species oppositum. Enumeratio specierum motus, & quod inuenit motus sex sunt species, generatio, corruptio, augmentatione, diminutio, alteratio, & secundum 97 locum mutatio. Alio igitur species motus, aliq[ue] variisque atque differentes motus sunt. Quod autem abinuicem alijs sint, manifestum. Nam generatione non est corruptio, neque augmentatione, neque diminutio, neq[ue] alteratio, neque secundum locum mutatio, neque corruptio, augmen- 98 tio, huncque in modum de reliquo. Dubium. Verum de alteratio- ne addubitatio esse solerit si ne aliquis aliorum motuum? & si quis alteratur, portaret ne ipsum secundum aliquem aliorum motorum alterari, motumque aliud quepiam, alteratio nem esse. Dilatio. Id minime oportet. Nam pene aut secundum omnes aut complures passiones, nos alterari contingit nullam aliarum mutationum participantes, non enim quod secundum passionem mutatur gigni oportet, corruptio, augeri, diminui, secundum & locum mutari. Quare alteratio a predictis moribus alia est. Nam si eadem esset, oportet quod alteratur continuo gigni, corrupciō, augeri, diminui, locum mutari. Arqui id non oportet. Alio igitur alteratio est. Itidem portaret si alteratio a predictis, motus aliis non esset, si quid gigneretur, corrumperetur, augeretur, alia veilla mutatione mutaretur, vt idipsum alteratur. id autem non oportet, nam sunt quædam, quæ manifeste augmentant, & non alterant, vt quadratum circumposito gnomone crevit quidem: at non alteratio est, & in alijs mutationibus consimiliter sunt igitur generatio, corruptio, augmentatione, diminutio, alteratio & secundum locum mutatio, differentes aliquæ adinveniuntur. Quid motui & eius species oppositum. Quies simpliciter motui opponitur, & singulis & specialibus, vñ generatione, corruptio & augmentatione, diminutio, & motui secundum locum: quies secundum locum, vñ posita est. Et maxime motui qui est secundum locum, motus in contrarium locum, vñ posita est videtur. vt motui sursum motus sursum, & motui sursum motus qui tendit deorsum. Sed alteri assignarum motuum id est alteratio, haud facile est assignare suum oppositum, neque apparet quid ei oppositum sit, nisi quis illi quietem secundum qualitatem, oppositam assignaretur perinde ac quies secundum locum, motui secundum locum oppositum est. Et in contrarialem qualitatem mutationem, illi esse contraria, haud secus ac motus in vnum locum contraria est motui qui ad locum est contrarium. Etenim alteratio, secundum qualitatem mutatio. Et haec de motu.

De modis habere.

Cap. XIV.

Abere secundū plures modos dicuntur. Aut enim vñ secundū 100 habitū & dispositionē, aut alia aliquā qualitatē, dicimur enim disciplina aliquā atq[ue] virtutē habere. Aut vñ quā 101 sitatē. Q[uod] ei q[uod] magnitudinē habet, cōtingit, dicitur enim tri- 102 cubitā habere magnitudinē, vel quadricubitam. Aut 103 ea quæ circa corp[us] sunt, vestimentū vel tunicā: aut vñ partē, vñ manu anulū. Aut vñ partē vñ pedem / vel mai-



104 num. Aut vñ vase, vt modius grana tritici, aut lagena vinum, vinum enim habere lagena dicitur: & modius grana tritici, hec enim omnia habere dicuntur: vñ vase. Aut vñ possessionem. Habere enim domum & agrum dicimus. 105 Dicitur etiam & vir vxorem habere: & vxor virum. Sed qui nunc dicitur est modus: alienissimus est eius quod est habere, nihil enim aliud vxorem habere significamus: q[uod] cohabitant. Forte tamē & alij quidam, eius quod est habere ap- parebunt modi, sed qui dicit consueverunt, pene omnes enumerati sunt.

Categoriarum, prædicamentorumq[ue] Aristotelis finis.

Decimiquarti Cap. note. 100 Per habere: omnia denominativa ad substantias circumlocutione quoquo pacto habent possunt, etiam si ipsa defint, vt intensio & remissio: denominativa substantiæ nō habent, nam ignis non intensus remissus dici solet, sed circumloqui valet hoc pacto ignis est intensus, & lucidus, aut qualitatem intensam habens, & hunc in modum in similibus.

PARAPHRASIS CAP. DECIMI QVARTI.

Ecum quartum Cap. modi habere septem. Modi habere. Habere multis modis dicitur. Primo. Habere qualitatem, vñ habitum aut dispositionem, aliasve quamlibet, dicimur etenim scientiam aliquam & virtutem habere. Secundo. Habere quantitatem, vt ei contingit, qui magnitudinem aliquam haberet, dicitur enim & tricubitam quantitatem, & quadricubitam habere. Tertio. Habere circa corpus aut corporis partem, vt pallium, & lorica, vel in manu annulum. Quarto. Habere partem, vt habere manum, vel pedem. Quinto. Habere in continente vt in vase, vt habere triticum in modo, vel in fistulis vñnum. Etenim modius triticum: & fistule, vñnum habere dicitur. Hec igitur omnia: habere dicuntur vñ vase. Sexto. Habere possessionem. Dicimus enim habere domum vel agrum. Septimo. Dicitur vir habere vxorem & vxor virum, & hic qui nunc dicitur modus: alienissimus esse, videatur. Nam nihil aliud cum virum dicimus habere vxorem significamus, quam virum vna cum vxore ad conseruandum addicimus, vñaq[ue] in domo manendum. Forsan alij modi habere apparebunt: sed qui dici consueverunt, pene omnes numerati sunt. Et haec de habere.

PARAPHRASIS LIBRI PRAEDICAMENTORVM ARISTOTELIS FINIS.

LIBER PRIMVS PERIHERMINEIAS ARISTOTELIS.

De signis.

Cap. I.



Rituum oportet constitui quid sit nomen, & quid verbum, postea quid est negatio & affirmatio, & enunciatio, & oratio. Suntergo ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima passionum note: & ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec litteræ omnibus eodem: sic nec eodem voces. Quarum autem hec pri- 101 mum notæ sunt, eodem omnibus passiones animæ sunt & quarum hec similitudines, res etiam eodem. De his vero dictum est in ijs qui sunt de anima. alterius enim est negotijs. Esta autem quemadmodum inanima aliquando quidem intellectus sine vero vel falso, aliquando autem cui iam necesse est horum alterum inesse: sic etiam in voce. Circa compositionem enim & diuisione: est verum & falsum. Nomina igitur ipsa & verba consimilia sunt ei (qui sine compositione & diuisione est) intellectui, vt homo vel album: quando non aliiquid additur, neque enim falsum, neque verum adhuc est, signum autem huius est, hinc certius enim aliquid significat: sed nondum verum aliquid, vel falsum si non vel esse non esse addatur, vel simpliciter, vel secundum tempus.

Primi Cap. primi Peri hermenias note.

Et p[ro]p[ter]eas duæ dictiones grecæ sunt, latine de interpretatione designantes. Et est interpretatione (autore Seuerino Boetio) vox omnis articulata seu simplex seu cōposita: & significans. Enunciatio absolute, affirmatio & negatio de inesse. Positiones principia sunt, f. in

Positio.

positio.


positio.

B. Octavius.

Plinius.
¶ quæ hic ponuntur luppōsitiones sunt. suppōsitiones sunt principia, ut quæ pō-
ri non debeat, non v̄c̄ adeo tame n̄ clara sunt quin discipuli vt cāintelligant, opera p̄rē
toris egeant, sunt enim subobscura. ¶ Ea quæ in voce sunt. voces. ¶ Haec passiones quæ sunt
in anima notiones, conceptrū quæ rerum, & sunt retū naturæ similitudines. ¶ Note: signa,
& quædam exp̄essiones, atque insinuationes. ¶ Ea quæ scribitur scripturæ. ¶ Intellectus: pas-
sio anime, conceptus, notio. ¶ Tragelaphus (quem & hircorum interpretantur) animal est
circa Phasidem Colchidis insulæ amnem, nali ci solitum, prominulam, & dependentem barba
hircorum in morem habens, in reliquis vero pr̄ter armi in illos, seruo perfimile. Author Plinius.
Capere autem nunc solent v̄docabulum profr̄us significatio inane: perinde ac va-
cuum arque infinitum. Et ex positionibus literæ diuisiones has intelligere possumus. Ex pri-
ma. Signorum quædam esse cōceptus, notio, conceptrū anime, quædam voces, & quædam scriptu-
ras. Ex secunda. Signorum quædam esse arbitriae & ad placitum significantia, vt voces &
scripturæ, & quædam naturalia, naturaliterque designantia vt conceptus, notionesque anime
Et diuisiones horum: ex litera facile desinuerit. Ex iunctis autem his positionibus: potest
haec tercia sumi diuisio. Signorum quædam primitus res significant, vt conceptus, notio-
que anime, quædam primitus conceptrū significant, & secundo loco res: vt voces, quædam
vero primitus voces, secundo loco conceptrū rei & tertio tam loco res: vt scriptura. Ex ter-
tia positione possunt & haec sumi diuisiones. Cōceptuum quidam est simplex, & quidam com-
positus. Item cōceptuum quidam verus, quidam falsus; quidam vero neque verus neque fal-
sus. Similiter vōcum quædam simplex, quædam composita. Item vōcum quædam vera, que-
dam falsa; & quædam, neque vera neque falsa. Et haec de signis disciplinis accommodabilis-
bus sunt intelligenda. Vnde cum res sint, notiones sint, voces sint, scripturæ sint, quaruo hęc
res primum, nobis obiecte & pr̄sentēs eiusfigio notiones sui in animo (quæ & anime passio-
nes, intellectusque & conceptus appellantur) efficiunt, vt color in oculo vōlitionem, & in spe-
culo suam similitudinem. Et quia conceptus nostros statim per seipso insinuare non possu-
mus, & alterius menti transfundere: ideo voces nobis a prouidentia tributæ sunt, vt signa,
exp̄essionesque sint cōceptuum, quos de rebus ipsis preconcepimus. Verum quia voces res
des non sunt, fixæ, atque permanentes, sed solidum ad aliquid in præficiū insinuandum, ideo
literæ & scripturæ excoigitat sunt, que & diu manerent, & quibus ad longe absentes loco
vōci vtrerum. Si enim ad tēpōra nostra per literas, Aristotelē disciplina salutare sunt, &
nos adhuc indies per libros quos ipsi condiderunt (qui dudum hac luce functi sunt) allo-
cur. Et inter haec instrumenta doctrinae conceptus dico, voces, & scripturas: aptissimum ad do-
cendum vox est. Nam voces promptissime sunt, scripturæ autem & iam tardiuscul & hebe-
res, vt vna etiam horula audiri possint: quæ vix soler & industris, integrō die legere suffici-
as, et quæ vox immediatior mētis expressio quam scriptura, & natura familiarior. adeo vt in
fantili vōces pariter cum lacte exsūtae papillis eibant: qui scripturas nondum per natu-
ram discere possunt. conceptus tamen & notiones primum & p̄cipuum omnium sunt instru-
mentum: sed quod secretum, occultumque manet nōsigno, notaque exteriore propalaceum.
Et quod ultimum locum tenet: scripturæ sunt, & adeo iam vōcum exp̄essiones: vt eadem in
voce sint elementa quæ & in scriptura quacunque sunt literæ. Et si quicquam vides cuius vo-
cem ignoras: scripturas designare non possis, vocare autem possis quæ scripturas designare ne-
scias. Verum igitur quod Aristoteles dicit, vōces esse signa conceptuum, & scripturas vōci,
& cōceptus protinus res significare. vōces: medianibus conceptibus. scripturas autem: cum
vōcibus tum conceptibus medianibus. Scriptura tamen, signa vōcūm ad placitum &
non naturalia: ideo possunt vōces ipfas non significare, immo & res sine vōcibus significare.
quod forte iam in mysterio factum est: vt autem de scriptura magni nominis dei quod qua-
tuor literis confabat, neque vōce vlla effari poterat. Et quid si fundo protenso pane scripu-
ra panis deformetur in parietem: ad quam surdis diligentissime aduertat, immo & delineare,
deformareque dicat, quotiens scriptura illa aut similis illi protendetur, panem ei sane repre-
sentabit, cui nullam profūs representat vōcem. Sed perratum est, & vsum non habet ad di-
sciplinas: neque habere potest nisi forte difficillimum. Omitto innumerā quæ magis superua-
canea quam necessaria de conceptibus moueri solent, & necio an magis adolescentium, ani-
mos confundere: quam liberaliter instituere soleant.

PARAPHRASIS CAP. PRIMI.

Eri hermenias, id est de interpretatione singularis apud Aristotelem liber est in duos tamen fecare solent. Primus de enunciatione absoluta. Cap. Octo. Primum de signis, de quo determinandum. posiciones tres, correlative vnum. ¶ De quo determinandum. Primum diffinire oportet quid nomen, quid verbum, quid oratio, quid enunciatio, & quid affirmatio & negatio. ¶ Tres positiones. Prima. Ea q̄ sunt in vocibus earum q̄ sunt in aia, passionē nōrē, & ea q̄ scribuntur eorū q̄e sunt in voce. Secunda. Vt scripturę non sunt edē, apud omnes ita quoq; necq; voces. tamen animē passiones quartū voces primitus signa sunt, cedē fuit apud oēs, & res quoq; quarū aīs passiones similitudines sunt, apud oēs cedē. Sunt, Sed de



- 4** his exactius in libris de aia. Hec em̄ illius sunt contemplationis. **Tertia.** vt in anima quādō intellectus sine vero, fallōe reperitur, & quandoq; cū vero & falso, sic & in voce quedā sine vero aut falso est, quādā vero, cū vero aut falso. Circa em̄ cōpositiōne & diuisiōne & verū & falsum est. **Corollarium.** Quo fitv̄ nomina & verbā; intellectu, notioniq; animē cōpositiōne vel diuisiōne similiā sint. vt homo, vt albi, cū nihil adiunctū est neque verū neque falsum hoc indicit. Nam & tragediās aliquid significat; sed nemo dicet aut verū aut falsum esse, nisi adiunctum fuerit eft aut non est, vel aliquod aliud tempus. quemadmodum & intellectus sine compositione vel diuisiōne neque verū neque falsum est.

¶ Denomine

Cap. II

**Diffini-
tio nomi-
nis.**



- 8 ut in eo quod est equiferus hoc quod est ferus. Secundum
placitum vero, quoniam natura, omnium nullum est, sed quodammodo fit nota, quoniam designatur
& illiterati soni, ut ferarum: quorum nihil nomine est. ¶ Non homo vero non est nomen,
at vero nec positum nomen est: quo illud oportet appellare. neque enim oratio
9 neque negatio est: sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est & quod est
& quod non est. ¶ Catonis autem & catoni & quecumque talia sunt, non sunt nomina
sed causae nominis, ratio autem eius est, alia tamquam sunt secundum se ipsa, quoniam cum
est, vel fuit, vel erit neque verum, neque falsum est, nomen vero semper. ut Catonis
est, vel non est, non dicendum enim aliquis neque verum dicit, neque falsum.

¶ Secundi Cap nota

¶ Loco eius quod Aristoteles dicit nām m̄s C̄ t̄ r̄x t̄r̄ ore l̄s, id est Callippos & epactr̄ces
les, quorum primum proprium nomen est a pulchritudine equorum: & secundum (vt expo-
nit Suidas) species nauigii cuius nōmē, epactris & celeis duo nauigiorum nomina componit
horum vero loco nostri ponunt equiferus, q̄ compositiones gr̄ce, latinis compositionibus
non apte repondeant. Vbi doctrinā gratia inter equum & equiferum, id interfit quod inter-
fuerit & aprum quod fus & de domesticis & de feris dicatur: aper vero solum de feris. equus
identidem & de domesticis & de feris dicitur: equiferus autem de foliis feris. & vt aper simili-
ci notionis significatio equiferus significat, & perinde aque nomē simplex (si positum esset)
significaret. Finge igitur sifferum: compositum si placet. sifferus & aper diversi uocu erunt
(quæ synonyma vulgo dicunt) ut gladius & ensis. Et propter vicinitatem vocis quam haber-
equiferus ad orationem equus ferus cito ex voce compōstū venit in conceptum orationis,
proinde nominis compōstū partes, phantasiā faciunt: quod aliquid significare videantur.
Verum non ita est, nam hallucinatū nōcēs nominis conceptum formare: qui ex vici-
nitate vocis, orationis concep̄tū effingit. Veruntamen si id quod voce compōsta protuli-
ſi ut sifferus, (simplici voce efferas ut aper) illa tollitphantasia. Nam simplicis vocis par-
tes nihil significare videntur. Et vt de his compōstis: ita & de alijs nominibus compōstis
qui bus s̄cunq̄e, intelligendum est. Nam secundū veritatem ita res se habet ut dicit Aristo-
teles: sed figura dictiōnē multos oberrare cogit. Illiterati soni, soni quiscribi non possunt
vt cum perstrepuerit & huiusmodi strepitus & soni, scribi non possunt, dicuntur illiterati.
Fera, animalia quæ ferocietate habitent, & non sunt manufacta, ut quadrupedia: v̄rsi, lin-
pi, pardi, leones & similia. quæ vbi mansuetata fuerint: cicures appellantur.

¶ Philo proprium nomen est ut Caco: quo Aristoteles utitur in litera. ¶ Casus nominis: obliquis, nomen obliquum. Nondum neque verum neque falsum dicit; dum negotiationes vchenemtus negant. Nondum dictur, nam inchoatum esse potest, sed nondum verum aut falsum, nisi quid adiiciatur. ut si dicas Philonis est domus, aut possesso, aut aliquid simile: iam verum falsumve dicis. Et sunt qui ex determinatis ab Aristotele: nominis definitionem reintegrant & compleent hoc paet. Nomen est vox significativa ad placitum sine tempore, cuius nulla pars significativa est separata: finita & recta. Et probe quidem. Sed Boetius magis ex propriis & expressius: ex verbis Aristoteles eam complet hoc modo. Nomen: est vox significativa secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars significativa est separata, definitum aliquid significans, cum est aut non est functum verum falsum ve efficiens. In qua diffinitio vox: generis vice suppler. significativa: secernit a vocibus non significantibus, secundum placitum: a vocibus naturaliter significantibus, sine reperire: secernit a

ni Declarat-

- Suidas

Boettcher

verbo, cuius nulla pars significativa est separata ab oratione, definitum aliquid significans: a nomine infinito, cum est vel non est iunctum verum, fallimur efficiens; a cau nominis, non minime obliquo, & vt de nomine dictum est ita suo modo intelligendum erit de verbo. Et primo loco datas diffinitiones nondum esse integras innuit Aristoteles, tum in capite de nomine vbi nominis expressam rationem dicit, cau nominis conuenire, qui tamen non est nomine, in capite de verbo vbi verbo infinito quae expressa fuerat: verbi attribuit rationem, negat tamen esse verbum sed reliquit ex differentiis quas adhibet facile huic modo diffinitiones esse compleendas. Sed haec statim intelligentie perua sunt. Sed forte voluntas animo: quod modo omne nomen aliquid definitum significare potest: Q uo modo item nomen infinitum similiter sit in eo quod est, & quod non est, sive magis (vt ait Aristoteles) in ente & non ente: Certe nominis determinate significant, aut solum esse potest, aut quod solum mente effingibile est, & ideo nomen aut solum est in eo quod est, vt homo, vt equus, Socrates, Bucephalus; aut solum in eo quod non est, vt stellifer Atlas, aut Phorcides vno cule, immensum spaciun, sonus orbium coelestium, & Platonica Syren quam orbibus ipsis illocavit, & similia. Nam & Atlas, & Gorgon, & inane, & phthongus, & Syren, his in significacionibus solum aliquid mente effingibile significant a poetis decantatum, & solum est dicuntur in ijs quae non sunt. & id profecto non est esse. Sunt enim haec monstra mentis; perinde ac biceps & bicorpor hominis parvus, monstrum naturae, sed id interest: inter mentis, & naturae. & huius monstra esse possunt: illius autem, esse non possunt. Id conuenient. Naturae impedita monstra profert, & vi quadam partur. ita & mens quadam modo sua figura, nomen autem infinitum vt non homo, signum est indeterminatum, & eorum quae esse possunt, vt equorum, & arborum & eorum quae solum mente finguntur vt Gorgonum, phthongorum coelestium, Syrenum, & huiusmodi etenim equus dicitur non hoc & Gorgon. Sed sciscitabre, significat ne haec, equus, arbor, aliiquid: & Gorgon, Syren, aliiquid? Homonyme scilicet, nam prima significant aliiquid quod est: secunda vero aliiquid solum mente effingibile, & aliiquid nunc ad id significandum quod est accipitur in uno aurem ad id quod solum effingibile est. Quapropter nominis diffinitione homonyma analoga est vt & plerique aliis primo conuentiis his nominibus homo, equus, & reliquis significantibus aliiquid quod esse potest, secundo his nominibus Atlas, Gorgon, Syren, inane & similibus, significatis aliiquid solum effingibile. Colliges forsitan: si ita est aliiquid, nomen infinitum potius dici debet quam definitum. Nam similiter erit: & in eo quod est, & quod non est. Sed longe absit. Nam homonyme dictum est esse in eo quod est, & in eo quod non est, vna igitur significacione definitum, determinatique nomen est ad id quod est: & in alia (vt ad aliiquid solum effingibile) definitum nomen est ad id quod non est. Sed id timendum est, dum hic circa portenta mentis, & sua signa diutius immorari: causa sim alienigena, vt monstrum & monstro pariat, cum ferme ea quae naturae sunt sint inexcusa: aut si pariant vsu eueniunt ut pariant monstra. Nonnullis profecto qui non satis liberaliter institutis minutis quendam synecdoche goremata, & portentorum mentis nomina: longe magis quam Arisippus perdicula illa quinquaginta dragmas copiarata sapientia videntur. Sed vt probe consulamus, nimum immorari illaudabile est, & vanis propemodum tempore conterere conflictibus, pretiosum tempus: quod tunc vane effluit ac effugiat, pretiosaque cognoscenda superlunt: & quae tunc vtilius essent perdicenda, sed meliora velint, & ad potiora nepotes aspirent. Nunc autem ad literam appellendum,



PARAPHRASIS CAP. SECUNDI.

Eundem Cap. diffinitione nominis declaratio, de nomine infinito de cau nominis. ¶ Diffinitione nominis. Nomē est vox significativa ad placitum sine tempore: cuius nulla pars est significativa separata. ¶ Declaratio. Cuius nulla pars est significativa separata dico, nam nominis equiferus: ferus secundum se ipsum nihil significat, quemadmodum ramei leorum & per se in oratione equis ferus significat hoc igitur nominis ab oratione discrimen facit. Verum in simplicibus & compositis nominibus id interest: & in simplicibus nominibus partes nullo modo significare videntur, in compositis vero videri volunt. Verum tamen nihil leorum, separatisque significant, vt in hoc nomine equiferus: minime particula ferus separata & secundum se ipsam significat. Secundum placitum adjunctum est, nam nullum nomen natura significat, ed ex instiuto, & quando ad significandum indutum est, significant enim & illiterati soni, vt i qui ferarum fuit, quorum nullum nomen est quod natura & non instiuto, placitoque significant. Id igitur nomen ab ijs quae natura significant, differre facit. ¶ De nomine infinito. Non homo, non est nomen, neque adhuc illi nomen positum est quo modo appellari oportet, nam neque oratio, neque negotio, aut aliquid talium est sed vocetur nomen infinitum, ob id ipsum quod similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est. ¶ De cau nominis. Philonis & qua similia sunt nomina non sunt, sed dicuntur cau nominis, quorum est in reliquis cu' noī ratio eadem sit: si hoc tamē a noī secernuntur, quia si est, fuit vel erit cau nominis adjunctū fuerit: neq; verū, neq; fallū est, qd noī iunctū: temp oportet, vt quid est Philonis est, vel nō est, nō dū neq; verū, neq; fallū dicit. Et hec de noī.

1

De verbo.

Cap. III.

Erbum autem est quod consignificat tempus, cuius nulla pars significat extra: & est semper eorum quae de altero praedictantur nota. ¶ Dico autem quoniam significat tempus, vt sanitas quidem nomen est: sanatur vero verbum, significat enim nunc esse: & semper eorum quae de altero dicuntur nota est, vt eorum quae de subiecto vel in subiecto sunt. ¶ Non sanatur vero, non egrotat, non verbum dico. Consignificat enim tempus & semper de aliquo est. Differentiae autem huic, non men positum non est, sed infinitum verbum sit, quoniam similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est. ¶ Similiter aut & sanabitur & sanabatur non verbum est, sed calus verbi. Differentiae autem a verbo, quod hoc quidem praesens consignificat tempus, illa vero id quod circū circa est. ¶ Ipsa igitur secundum dicta verba, nomina sunt: & significant aliiquid, constituit enim qui dicit intellectum, & qui audit, quiescit, sed si est vel non est, nondum, significat, neq; enī signum est rei, esse vel non esse, nec si hoc ipsum est purum dixeris, ipsum enim nihil est, significat autem compositionem quandam, quam sine compositis non est intelligere.

Tertii Cap. note.

¶ Verbum a vero dictum volunt, quod primum nominis adjunctum verum efficiat, & particulam diffinitionis eius, & est semper nota eorum quae de altero dicuntur, bisariam expounit. Primo & est semper nota eorum quae de altero dicuntur hoc est semper natus est esse copula eorum quae substantialis efficiatur & praedicitur de subiecto: vel eorum quae praedicitur accidentaliter & hoc ipso a particípio differt, esti particípio consignificat tempus, nam nunquam copula praedicatum subiecto connectens esse potest. Sed id recentiores sentiunt. Nam quod grāce dicitur *τράχηλος*, dicitur & latine nota, quod non copulam, sed signum significat. quapropter secunda accedit exponentium assertio. Secundo expounit quod omne verbum nota est, id est signum, aut eorum quae dicuntur de subiecto, vt cum dicitur alterius mouet, quod alterius mouetur, aut quae sunt in subiecto, vt quum dicitur homo currit homo mouetur. Sed de particípio irreptis difficultas per quid excludatur; & de est, cum dicitur est animal. Non enim hic est signum, significansve aliiquid quod de subiecto dicatur aut fit in subiecto, immo vt selle videatur Aristoteles: nihil est, eti compositionem quādam significat: & verbum est in primis & vulgaribus propositionibus etiam tempus & nunc esse consignificat, in secundariis aut propter disciplinas inuentis disciplinaribus propositionibus, forsan secus, que neque vbi neque nunc significant, sed intelligentia, ab vbi: & nunc, loco & tempore praedictum, abstrahuntque. De primis autem tum verbis tum propositionibus hic Aristoteles prosequitur. Nam illa rudium & primo formandorum adolescentium animis familiariora sunt: per quae abstracta postmodum facile intelliguntur, sed id nimaduerunt in verbo, quod per se praedicti potest, nunquam tanquam per se solitariumque subiecti, particiū autem per se & solitarium subiectum, nunquam autem solitarium de altero dicitur. Verbum etiam adjunctum aliquo interdum praedicitur & qui verbum censem praedicatum, rectius opinari credunt. Et insuper quis sensus si est purum dixeris, posteriori aliqua nota ambonnebitur. Tres autem partes enunciatio facere subiectum, copulam & praedicatum magis neutericorum est quam antiquorum, & analogias nescientium materia forma compositum, subiectum, praedicatum enunciatio. ¶ De verbo infinito quod & sit in quolibet & quod est & quod non est vt de nomine infinito dicendum est. Etenim si non currit sumatur vt verbum est infinitum: & verum est planta non currit, & item verum Chiron non currit, Gorgon non currit. Neque miseris, Nam & haec concederetur, Chiron est non currēns, Gorgon est non cures. Verborum autem infinitorum propter omniam cum verbis negatis similitudinem aut variissimum est usus in enunciatione aut in verba trāseunt negata, nominum autem infinitorum crebrior. ¶ Ea tempora quae circa praesens sunt, praeteritum & futurum. Praeteritum enim antecedit, futurum vero subsequitur.

¶ Cum Aristoteles dicit, verba secundum se dicta nomina sunt, & aliiquid significat, & hoc in loco particula est expposita, sequitur interpretatur Aristoteles, ne quis putet sic capi nomen ut prius diffinitione est, neque approbatio sua aliud quicquam efficit. ¶ Qui dicit intelligentiam constituit, id est dicens & proferens aliquius rei notitiam in audiente causavit, & qui audierit quieuit id est quia audierit, aliquius rei intelligentiam, notitiam neque accepit, certusque est quidnam illo vocabulo designari sit. & qd Hippalus, quid Porphyrius & quid Alexander Aphrodites hic sentiunt, longum est narrare. ¶ Si est, oratione vera, non est, oratione falsa. Et Aristoteles litera, etiā grāca multum inuoluta est, subiungit enim hoc pæctus.

Hippalus
Porphy-
rius
Alexander
Aphrodi-
teus


Peri.

PARAPHRASIS CAP. TERTII.

Eritium Cap. diffinitio verbi declaratio de verbo infinito. de casu verbi de verbo secundum se dicit. ¶ Diffinitio. Verbi est quod cōsignificat tempus, cuius nulla pars separatim seorsumque significat, & est semper eorum quae de aero dicuntur nota. ¶ Dico enim cōsignificat tempus. Nam per hoc fecerintur a nomine. Sanctas enim nomen est, sanator autem verbum. Cōsignificat enim nomen esse. Dico in super & est semper eorum quae dealtero dicuntur nota. Nam aut eorum qui dicuntur de subiecto, aut que sunt in subiecto. ¶ De verbo infinito. Non sanatur, non ægrotat minime verbi dico ratio tamē data conuenit, nam cōsignificat tempus, & semper nota est eorum quae de altero dicuntur. Verum quoniam illi differentiæ nomen indicatum non est verbum appelleretur infinitum: ob ipsum q̄ consimiliter est in quolibet & quod est & quod non est. ¶ De casu verbi. Similiter autem sanabitur, sanari fuit: nō verbum est sed causa verbi, hoc a verbo distantes q̄ verbum, praesens tempus cōsignificat: illa vero quo circa prefens sunt. ¶ De verbo secundum se dicit. Verba secundum se dicta, nomina sunt, id est aliquid significant. Nam qui dicit intelligentia constituit, & qui audiuit quevit. Verbi si est, aut non est, nondum significant, neque enim ipsum esse vel non esse, rei signum est: sed nec si ipsum est nudum dixeris. Ipsum enim nihil est, cōsignificat sane cōpositio[n]em quam, sive cōpositis minime intelligere est. & h[ic] de verbo

¶ De oratione.

Cap. III



Ratio autem est vox significativa, cuius partium aliquid significativum est separatum, ut dictio sed non ut affirmatio vel negatio. ¶ Dico autem, ut homo aliquid significat, sed non quoniam est aut non est, sed erit affirmatio vel negatio; si quid addatur. Sed non hominis syllaba una, neque enim in eo quod est fore, tex significat, sed vox nunc est solum. In duplicibus vero significat quidem alterius, sed non secundum se, quemadmodum dictum est. Est autem oratio omnis quidem significativa, non sicut instrumentum: sed quemadmodum dictum est secundum placitum. ¶ Enunciativa vero non omnis: sed in qua verum vel falsum est, non autem in omnibus inest, ut deprecatio, oratio quidem est, sed neque vera neque falsa. Ceterae igitur relinquuntur, rhetorice enim vel poetice conuenientior est consideratio, enunciativa vero presentis est speculationis. ¶ Est autem una prima oratio enunciativa affirmatio, deinde negatio: aliq; vero omnes coniunctione una. ¶ Necesse est autem omnem enunciatiuam oratione: ex verbo esse, vel ex casu verbii. Etenim hominis ratio (sinon addatur aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi) nondum oratio enunciativa est. Quare autem unum quiddam est, & non multa animal gressibile bipes (non enim eorum propinqua pars dicuntur una erit) est certe alterius hoc tractare negotio. ¶ Est autem una oratio enunciativa: que una significat, vel coniunctione una. ¶ Plures autem, que plura: & non unum, vel inconiuncta. ¶ Nomen igitur & verbum: dictio sit solum, quoniam non est dicere sic aliquid significat: voce enunciare, vel aliquo interrogante vel non, verum ipso proferente. Harum autem haec quidem simplex est enunciatio. ¶ Ut aliquid de aliquo: vel aliquid ab aliquo. haec autem ex his coenit, & vel oratio quedam iam cōposita. ¶ Est autem simplex

Cōclusio

三

enunciatio: vox significativa de eo quod est aliquid, vel non est, quemadmodum tempora diuisa sunt. ¶ Affirmatio vero est enunciatio aliquius de aliquo. ¶ Negatio vero enunciatio aliquius ab aliquo. ¶ Quoniam autem enunciare est: & quod est: non esse. & quod non est: esse. & quod est: esse. & quod non est: non esse. & circa ea quae extra præsens tēpus sunt, similiter, omne utique contingit quod quis affirmauerit, negare, & quod quis negauerit affirmare. Quare manifestum est quoniam omnium affirmationi, opposita est negatio. & omni negationi, affirmatio. ¶ Et si hæc contradic̄tio, affirmatio & negatio opposite. Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem aequiuoco / & quacunque cetera talium contrasophisticas determinauimus importunitates.

Quarti Cap. notæ

Cuius aliquid partium significatiuum est; cuius aliquæ partes significatiæ sunt. Nam duæ adminiſtrum fuit significatiua. Si enim tantum yna significatiua fit ut non homo, nō equus pro foribus, & similia (et si altera sit confignificatiua) orationes nondum sunt, neque illis nominis sunt imposta, sed quædam nomina appellantur infinita, quædam infinita verba, quædam nominis casus cum præpositione, aut huiusmodi. **N**on ut affirmatio vel negatio, interpretatur particula vt dictio. **E**sse non esse, est nō est, vt nullus falsum. **N**unc solum vox est, id est vox non significans, at minus non solum vox est, sed vox & significans. **O**rgana sunt oculus ad videndum, auris ad audiendum, lingua ad loquendum, dentes ad cibum conterendum & similia, quæ omnia natura sunt, & non instituta. Et volebat Plato in Cratyllo (quem librum de recta omnium ratione nuncupant) nominis natura esse, quare & orationes quæ ex illis confluantur, natura itidē esse, & cetera instrumenta, quibus natura ad suas necessarias functiones viftur. **V**t enim anima, oculus instrumentum est ad colorem aliquem videndum & oratio menti ad verum aliquod percipiendum instrumentum est, sed secus Arifitores sentit: nomina pariter & verba esse arbitria, & non naturalia, natura & significantiæ, & id quoq; verum est. Quare & orationes ex illis conflat arbitriæ & secundum institutum, placitumque significantes, sunt; illa per similia artificialibus instrumentis quibus esti materia naturalis sit, perinde ac voces naturales, numquam tamen ut artificialia, natura extant, sed artificis instituto. **A**lapsus igitur, analogia Plato. Nam non ad naturalia organa nomen verbum & oratio conferenda, sed ad artificialia, naturæ & animalia instrumenta. Et ad eō mens nostra libera est, vt voces quæ naturales sunt, arbitrariora efficiat ad hoc vel illud significandum.

17 **C**Oratio enunciatio, enunciatio. Imperatiæ orationes deprecatiæ, oportuæ, & subiunctiæ, oratoře & poëtie sunt accommodatiōes, qđ ad suadendum & affectus mouendos efficiaciores sint enunciatio v̄ ero que & indicatiæ magis logiæ qđ v̄era falsoe sunt. Sic ut em aut rhetor aut orator suadere aut dissuadere; & poetæ oblectare aut commiseratione afficere sic logicus suis machinamenti verum falsov̄ et inuestigare totis viribus annititur ac contedit, apud poetas huiusmodi orationes crebre sunt.

Vergilius

Quidius

Exultet & feso quærat in orbe fugam.

*Exultet, & toro quærat in orbe rugam.
Si quæras vbi sit formosus mater iuli.*

18 *et non cunctis quod dicitur, sed etiam quod dicitur, utrumque aliis, quemadmodum cum verbo, ut Quamvis ille niger, quamvis tu candidus es. Et hoc cognitui facilitia.*
Affirmatio, enunciatio affirmativa. Negatio, enunciatio negativa. Enunciatio coniunctione vera, sive uniuscuiusque appellari consuevit, hypot heretis. & affirmatio prius, sive negatione. Ius-

Vna, enunciatio quę appellari conluevit hypothetica, & affirmatio prior est negatione. Illa enim ut habitus est, hęc vero ut priuatio. illa ut lumen, hęc ut tenebre, & illę priores enun-

19 cione, coniunctione vna quod simplificiora priora sunt compositis. ¶ Quid omnis oratio enunciata sit ex verbo aut casu verbi, id maxime de oratione enunciata simplique, qui post modum definitius intelligitur. ¶ Animal gressibile bipes, ratio hominis nondum perfec-

modum demittit, intercedit ut etiam gallum gallinaceum, ratio hominis noncum perfecta est; sed eam Aristoteles perficiebat adiungo rationale. Plato aliquando adit implum, ut eam perficeret, quod Diogenes Cynicus audiens, gallum gallinaceum implum pro tunus

20 effetum: pleno tunc cum Plato profiteretur auditorio in medium inveniens schola: hic inquit
Platonis homo est. **C** Alterius est disciplina perractare, scilicet metaphysicę & rationem,
diffinitionemque nam esse dicit Theophrastus: quod vnius essentie sit ratio. **O** uia et cuie

compositio nis vniuersitatis. quod vnius elementi in ratio. Quia ea que sunt in voce, signa sunt coceptum animi, scilicet simplicia simplicium & composita compo sitorum; siccirco enunciatio unum significat; quando solum vnius compositionis diuisio nis.

ve signum est. ut homo est animal, vel plurimum. aliqua ramen coniunctione counirarum. ut
21 homo est & animal est. Et ex opposito plures enunciaciones dicuntur quando vox plurium
compositionium divisionis unius & non solum unius fuerit signum. ut canis mouetur. &c.

compositionum: diuinitatum & hominum viris fuerit lignum). VI. canis motetur. & ea
dem enunciatio multiplex dicitur. aut cum plures voces nulla coniunctionis societate plurim

ias Plato
dū Cratylus
les aristoteles
id Plato

Impatię
deprecati
uę Subiu-
stue

aristoteles
Plato
Diogenes
Theophras-
tus

Dicēdum
euūciatio-
nes plures
nō enūcia-
tio plures

identidem compositionum diuisiōnū quā signa sunt ut homo est, animal est. ¶ Non solum verū est simplicem dictionem quā & tantum dicitur esse nomen & verbum, sed & casus nominis & casus verbī simplices, & solum dictiones appellantur, qui per nomen & verbum facile intelligebantur, & ex quibus simplex interdum constituitur enunciatiō nō ratio. ex nomine & verbo, homo sapit, ex nomine & casu verbī, homo sapiet, ex casu nominis & verbo sceleratum puder, ex casu nominis & casu verbī, ut sceleratum pudebit. Et hæc duo vltima perrara sunt, & ideo aut nunquam aut raro ponenda in arte. & cum simplices dictiones proferimus, nunquam enunciare contingit, cum autem compositiones, & non solum dictiones enunciare contingit. Simplex oratio est quæ ex simplicibus est dictionibus, ut nomine, verbo, casu nominis aut verbī. Et intelligatur composita: quæ non ex simplicibus coalescit dictionibus ut quæ est de nomine coniuncto, verbo coniuncto, aut casu aliquo coniuncto: alterique composito. Enunciatio prædicatiō simplex: propositio categorica simplex soler appellari. Et confusione una simplex: hypothetica simplex. Et compositionarum quedam prædicatiō composita est, & quedam composita coniunctione, quod in illis nomen, verbum, vel casus aliquis cum aliquo iunctus sumatur, ¶ Prædicatiō quod græca & veteris opus non exprimitur, sed subauditur.

¶ Quid est esse, verū, non esse falso. Tempora diuiduntur, in praesens, præteritū, & futurū. Hinc diuisiōnē enunciatio prædicatiō simplici intelligentia talis habet, enunciatio prædicatiō simplex, est enunciatio simplex aut vera aut falsa de praesenti, præterito aut futuro. Item quid est esse, affirmationem, & non esse, negationem pretendere Boetio placidū est. Hinc descriptionis intelligentia hoc modo efficitur deponenda. Enunciatio prædicatiō simplex, est vox significativa aliquid affirmari, negari de tempore præsenti, præterito aut futuro. vox dico: ex simplicibus dictionibus constituta. De attributionem, & ab, distinctionem, separationemque importat. Attribuere dicimur, cum sine aduerbio negandi aut quod ipsum includit, aliquid de aliquo enunciamus, ut homo est animal. Dimouemus autem, dispeñsimus atque separamus: cum illi nomen clatur & vniō obtinet aduerbiū negandi, ut homo non est animal. Et cum Aristoteles obseruet ut secundum subiectam materiam quæcumque experiat, de affirmatione & negatione simplici hic intelligamus par, arque consonum est, quarum paulo supra: genus descriperat, ut hanc diuisiōnēm intelligentiam habeamus affirmatio simplex: est enunciatio simplex aliquid alii attribui. Et negatio simplex, est simplex enunciatio aliquid ab aliquo dimouens. Id quod attribuitur aut dimouetur, prædicatum dicitur. & id cui attribuitur, aut a quo dimouetur, appellatur subiectum. & qui simplex intelligit: facile definit, intelligere compositum, & quod vtrisque publicum & commune pertinet. Contra sophisticas insolentias & importunitates, eorum qui nihil vñquam recte intelligere volunt, sed quorum ad omnia cauillari totum studium est, particulas illas contra dictionis appofuit. Aristoteles in libro sophisticorum elenchorum (quæ sunt he: non nominis tantum non rei tantum, sed nominis & rei simul, ad idem) secundum idem, similiter & in eodem tempore in diuisiōne elenchi contra suum morem, importunitate sophistarum adactus, qui semper brevissimas diuisiōnes efficeret consuevit, & tanta etiam breuitate ut vix aliorum quisquam id difiniendi munus aliis qui valuerit. Contra vero sophistis utrū particulas adjiciunt, ut ne sit scissili quidem palliatio Homericū pauperi Hiri tot afflata frustulamenta fuisse verisimile sit, quorū suis in diuisiōnibus refarcimenta, neque nox hyberna tam longa quam suarum (in vnum coaceruunt particularum umuli) series diuisiōnium evadit immēta. Recte igitur ammonet Aristoteles id se semel fecisse proper molestias, insolentias & importunitates sophisticas: ut vñ sic intelligamus apud eos quibus recte philosophandi cura est, id minime neque licere neque oportere, & huiusmodi contentiosorum deliramenta prosus esse expoldenda, inter quos (vt admodum facere scriptis elegans poeta Faustus) Siforsan lis est de lana exhausta caprina, Strenore obrundunt clamantes voce sophistę: Dum leuius nūgis tempora vana terunt.

¶ Quid est, quod est verū affirmatione de praesenti monstratum, quod non est, falso affirmatione de praesenti monstratum. Quæ extra praesens sunt: præteritū & futurū. Itaque diuisiōnis ienissis hic habetur. Contingit enunciare quod præsens affirmatione verū est: non est quod illo modo falso est: effe, & quod verū est: effe, & quod falso est: non est. ut hoc pacto. verū est, homo est animal: & enunciamus non est, si dicimus nullus homo est animal. falso est homo est lapis, & enunciamus effe, si dicimus homo est lapis. Verū est omnis homo est animal: & esse enunciamus cum dicimus omnis homo est animal, & falso est homo est lapis: & non est enunciamus, cū dicimus nullus homo est lapis. Et ita contingit enunciare quod fuit: non fuisse, quod nō fuit: fuisse, quod fuit fuisse, & quod nō fuit non fuisse. Et hunc in modum quod erit: non fore, quod non erit fore, quod erit fore, & deniq; quod non erit, neq; quoq; futurum esse. Contingit affirmare verū, contingit affirmare falso: contingit negare verū: contingit negare falso. Affirmamus enim in verū, per tertium membrū, affirmamus falso per secundū, negamus falso per primum, negamus verū per quartū. Vnde sit ut primum tertio adueretur, & secundum quartū: sit etiā ut quicquid cōtingat affirmare, contingat & negare. Nam siue affirmamus vere per tertium membrū, negamus per primum siue affirmamus false per secundū, negamus per quartū. & quicquid cōtingat negare, cōtingat & affirmare. Nam primum falso negat, & vere illud affirmamus per tertium. & quartum vere negat, & falso illud affirmamus per secundum. Et peridem corollarium. Aristotelis, nostrum esse potest, omni affirmationi necesse esse negationem esse oppositam, & omni negationi affirmationem. nam omnis affirmatio aut vera aut falsa est, & affirmationi vere terri loci opposita est sua negatio falsa primi. & affirmationi falsa secundi loci, opposita est negatio vera quarti loci. Identidem oīs negatio aut vera aut falsa est, & negationi falsa primi loci opposita est sua affirmatio vera terri loci, & negationi vera quarti loci, opposita affirmatio falsa secundi. Et hec de oppositione contradictoria intelliguntur, ut de ea in qua oppositionum sola, semper vnum esse verū & alterum esse falso necesse est. Neque est ut aliqui considererent Aristotelem nomine contradictionis oppositionem diffiniuisse, tamen si de contradictione posterius etiam exactius definiat. Sed ut hac facilius intelligatur, subiecta figura non parum amminicaria est.

I
XLVII.
gat affirmare, contingat & negare. Nam siue affirmamus vere per tertium membrū, negamus per primum siue affirmamus false per secundū, negamus per quartū. & quicquid cōtingat negare, cōtingat & affirmare. Nam primum falso negat, & vere illud affirmamus per tertium. & quartum vere negat, & falso illud affirmamus per secundum. Et peridem corollarium. Aristotelis, nostrum esse potest, omni affirmationi necesse esse negationem esse oppositam, & omni negationi affirmationem. nam omnis affirmatio aut vera aut falsa est, & affirmationi vere terri loci opposita est sua negatio falsa primi. & affirmationi falsa secundi loci, opposita est negatio vera quarti loci. Identidem oīs negatio aut vera aut falsa est, & negationi falsa primi loci opposita est sua affirmatio vera terri loci, & negationi vera quarti loci, opposita affirmatio falsa secundi. Et hec de oppositione contradictoria intelliguntur, ut de ea in qua oppositionum sola, semper vnum esse verū & alterum esse falso necesse est. Neque est ut aliqui considererent Aristotelem nomine contradictionis oppositionem diffiniuisse, tamen si de contradictione posterius etiam exactius definiat. Sed ut hac facilius intelligatur, subiecta figura non parum amminicaria est.


| | Enunciaciones maxime opposita | |
|---|--|---|
| Natus homo animal est | Affirmatio & negatio eiusdem de codem | Aliquis homo animal est |
| Qd est nō ē enūciā Falsum negatur Negatio falsa | OPPOSITA | Qd est esse enūciātus Verū affirmatur Affirmatio verā |
| DIVERSA | DESCRIPTIO QVATVOR MODO RVM ENVNCIANDI | DIVERSA |
| maxime diuersa id opposita | | maxime diuersa id opposita |
| Qd nō ē, ē enūciātus etiam affirmatur. Affirmatio falsa | OPPOSITA | Qd nō ē, nō ē enūciātus Verū negatur Negatio verā |
| Aliquis homo apī est | Affirmatio & negatio eiusdem de codem | Nullus homo apī est |
| " | Enunciaciones maxime opposita | " |
| Aliquis equus subtantia est, | | Nullus equus subtantia est |

Falsum negatur, falso negatiue enunciatur. Verū negatur, verū negatiue enunciatur. Et figuram si quis diligenter intuebitur, plane proprieatē primam & tertiam enunciacionum inter se & secundam & quartam inter se maxime esse oppositas, nam in veritate & falsitate, qualitate & quantitate & eiusdem de codem & primam & secundam, item tertiam & quartam inter se non esse oppositas (non enim sunt eiusdem de codem) sed maxime diuersas. Nam in veritate & falsitate, qualitate & quantitate discrepantes diuersi de diuerso. Verū de diuersis parua Aristotelē cura est, & reiūntur de oppositis autem postmodum discussio diligenter. ¶ Et hæc diuisiōnes ex hoc capite intelligi possunt. Prima. Orationum, quedam est enunciatio quædam non enunciatio. Secunda. Orationum enunciatioarum, quædam vna, quædam plures. Tertia vnarum, quædam simplex, quædam cōposita. Quarta simplicium, quædam prædicatiō, & quædam coniunctione una. Quinta. prædicatiōarū, quædam affirmatio & quædam negatio. Sexta. affirmationum, quædam de praesenti, quædam de præterito, & quædam de futuro.

| | | |
|------------------|----|--|
| Oratio | 1 | Virtus bona |
| Enunciatio | 2 | Virtus bona est |
| Non enunciatio | 3 | Vt prima |
| Enunciatio | 4 | Vt secunda, |
| Vna | 5 | Vt secunda |
| Plures | 6 | Fortitudo temperantia liberalitas bona est |
| Vna | 7 | Vt secunda |
| Simplex | 8 | Vt secunda, |
| Composita | 9 | Virtus animi bonum est prosequendum |
| Simplex | 10 | Vt secunda. |
| Predicatio | 11 | Vt secunda. |
| Coniunctione vna | 12 | Virus sequenda est, & vitium fugiendum |
| Predicatio | 13 | Vt secunda |
| Affirmatio | 14 | Vt secunda |
| Negatio | 15 | Vitium non est prosequendum |
| Affirmatio | 16 | Vt secunda. |
| De praesenti | 17 | Vt secunda. |
| De praeterito | 18 | Virtus fuit bona |
| De futuro. | 19 | Virtus erit bona; |

PARAPHRASIS CAP. Q. V ARTI.

Vartum caput de oratione. diffinitio orationis declaratio. diffinitio enunciationis. diuissio vna. conclusio vna. quid enunciatio vna. quid enuntiationes plures. quid enunciatio simplex. diuissio eius. quid enunciatio predicatio simplex. quid affirmatio. quid negatio. quatuor enunciatio modi. quid contradicatio. Diffinitio orationis. Oratio est vox significativa ad placitum cuius partium alii quid significatiui est reparatum vel dictio. non autem vt affirmatio vel negatio. Dicitur ut dictio. non vt affirmatio vel negatio. nam homo aliquid significat. non autem quia est aut non est. verum affirmatio vel negatio tamen est. si illi aliqui (vt verbum) adiiciatur. Aliquid dico partum. nam non omnem orationis partem significare oportet. vna enim hominis syllaba nihil significat. neque in hoc nomine mus ipsum us alieuius significatiui est sed nunc solum vox est. & in hoc simplex a copositis differ quod nominis compotiti pars in oratione posita non solum vox est. sed aliud significat sed non secundum se. & orsumque ut dictum est in ipso nomine compotito considerata. Dicitur significatiua ad placitum. nam omnis oratio significat non ut organum. instrumentum. que natura. (vt dictum est) secundum placitum. Diffinitio enunciationis. Oratio enunciatio. est oratio non omnis. sed in qua verum. falsum ve est. Non omnis dico nam non in omni oratione verum. falsumve est. vt in deprecacio. optatiuave oratione. Illa enim neque vera neq; falsa est. Verum cetera huiusmodi non omittantur. nam earum rhetorice aut poetice accommodatio consideratio est quam logice. enunciatio autem. maxime praesenti accommodata est considerationi. Diuissio. Orationum enunciatioarum quædam affirmatio est. que prima est. quædam negatio. que est secunda. quædam vero coniunctione vna. que tertius obtinet locum. Conclusio. Omnis oratio enunciatio. ut ex verbo aut casu verbi consistat necesse est. nam hominis ratio qua & oratio quæda est. si non illi est. fuit. aut erit aut aliquid huiusmodi. aut verbū aut casus verbi adiectū sit. non dū oratio enunciatio est. Verū quare homis ratio. animal rational gressibile bipes. vnu qdā sit. & non multa. nō em vna dicitur. quia partibus propin quis pñciptiarū alterius est disciplinae pertractare. Quid enunciatio vna oratio enunciatio vna est. que vnu significat. vel que est coniunctione vna. Quid enunciatio plures. Orationes enunciatio plures sunt. q̄ plura & nō vnu vel q̄ incomiuncte. sinecō cōiunctione significat. Simplex & solū dictio est. & nomē & verbū. nā nūq̄ dicere contingit tali voce simplici quicquā designat. enunciare. siue interrogat qui siue respondens proferat. Enunciatio simplex est quæ harū est dictio. Diuissio enunciationis simplicis. Et enunciationis simplicium quæda est enunciatio simplex predicatio. que est alieuius de aliquo vel alieuius ab aliquo. & quæda cōiunctione simplex. que ex simplicib; predicationis est coniuncta. & velut oratio iam ex pluribus compotita. Enunciatio predicatio simplex. est vox significativa ei quod est esse aliquid vel non esse quædam modū rēpora diuisa sit. Affirmatio. est enunciatio alieuius de aliquo. Negatio. enunciatio alieuius ab aliquo. Quatuor enunciatio modi. Contingit enunciare qd est. nō est. & quod nō est. esse. & quod est. esse. & quod non est. non esse. & ita de temporibus que extra prælens ipsi adiacet. Et sane contingere possit quodcumque quispiam affirmauerit negare. & qd negauerit affirmare. Quo fit ut omni affirmationi. negatio euadat opposita. & omni negationi affirmationis.



Cōtradiccio est affirmatio & negatio opposite. oppositē dico eiusdem de eodē: non equivoce. & quæcūq; alia huiusmodi cōtra sophistis infolentias importunitatesq; determinauimus.

Cō De subiectis & prædicatis enunciationum.

Cap. V.

Diuissio.

Vnīā autē sunt hæc quidē rerum vniuersalia: illa vero singularia. Dico autē vniuersale quod in pluribus prædicari natū est. Singularē vero quod non. vt homo quidem vniuersale est. Callias vero eorum quæ sunt singularia. necesse est autē enunciare cū inest aliquid aut nō. aliquid quando quidē alicui eorū quæ vniuersalia sunt. aliquādo autē quæ singularia sunt. Si ergo in vniuersali vniuer saliter enunciatur quis quoniā est aut nō est. contrarie enūciationes erunt. Dico autē in vniuersali enunciare vniuersaliter. vt omnis homo albus est. nullus homo albus est. Quādo autē in vniuersalibus non vniuersaliter. non sunt contrarie. quæ autē significantur. est esse aliquādo cōtratia. Dico autē non vniuersaliter enunciare in ijs q̄ vniuersalia sunt vt est albus homo. nō est albus homo. cū enim vniuersale sit homo. non vniuersaliter vtitur enūciatione. omnis nāq; non vniuersale significat. sed quoniā vniuersaliter. In eo vero q̄ vniuersale prædicatur. id quod est vniuersaliter prædicari nō est verū. Nulla enim affirmatio vera erit. in qua cum vniuersale sit prædicatū. vniuersaliter prædicatur. vt est omnis homo omne animal. Opponi autē affirmationem negationē dico contra dictorię. quæ vniuersaliter significat eidē quoniā non vniuersaliter. vt omnis homo albus est. non omnis homo albus est. nullus homo albus est. aliquid homo albus est. Contrarie vero vniuersalem affirmationem & vniuersalē negationem. vt omnis homo iustus est. nullus homo iustus est.

Quinti Capitis note.

